



Bodleian Libraries

UNIVERSITY OF OXFORD

This book is part of the collection held by the Bodleian Libraries and scanned by Google, Inc. for the Google Books Library Project.

For more information see:

<http://www.bodleian.ox.ac.uk/dbooks>



This work is licensed under a Creative Commons Attribution-NonCommercial-ShareAlike 2.0 UK: England & Wales (CC BY-NC-SA 2.0) licence.



N
ii
330



Stack



CONTINUED



303645937/

MONVMENTA
GERMANIAE
HISTORICA

INDE AB ANNO CHRISTI QVINGENTESIMO
VSQVE AD ANNVM MILLESIMVM
ET QVINGENTESIMVM

EDIDIT

SOCIETAS APERIENDIS FONTIBVS
RERVM GERMANICARVM MEDII AEVI

AVCTORVM ANTIQVISSIMORVM TOMI IV PARS POSTERIOR

VENANTI FORTVNATI OPERA PEDESTRIA

BEROLINI
APVD WEIDMANNOS
MCCCCLXXXV

VENANTI HONORI CLEMENTIANI

FORTVNATI

PRESBYTERI ITALICI

OPERA PEDESTRIA

RECENSUIT ET EMENDAVIT

BRVNO KRVSCH

BEROLINI
APVD WEIDMANNOS
MDCCCLXXXV



12 FEB 1953



Huius voluminis quod Fortunati opera soluta oratione scripta comprehendit dimidiam fere partem spuria ut ita dicam opuscula occupant, cum nobis propositum esset quae Luchi in tomo II. collegerat scripta omnia repetere, ille autem vix quicquam praetermisisset, cuius stilum Fortunato 'non plane absimilem' esse hic ille contenderat. Vnum tantum carmen de Phoenice, quod quin non sit Fortunati, iam nullus dubitat, omittendum esse duximus, quod ab Alexandro Riese¹⁾ et Aemilio Baehrens²⁾ ad codices manuscriptos iam recensitum huic volumini adiungere supervacaneum fuisset. Genuina autem Fortunati opuscula soluta oratione edita omnia fere nostra viderunt tempora praeter unum, cuius Gregorius Turonensis in Gloria Conf. c. 44 mentionem fecit: Vitam, inquit, huius (Severini scilicet Burdegalensis episcopi), postquam haec scripsimus, a Fortunato presbitero conscriptam cognovimus. Quam Severini Vitam e codicibus erui adhuc non successit.

I. VITA S. HILARII.

Librum vitae S. Hilarii Fortunatus Pascentio Pictaviensi episcopo misit, 'qui ab ipsis cunabulis ante vestigia Hilarii quasi peculiaris vernula familiariter enutritus erat'. Vnde Pascentium S. Hilarii discipulum Fortunatumque alium ac poetam celeberrimum fuisse, quidam³⁾ coniecerunt, sed erraverunt. Erat quidem Pascentius S. Hilarii alumnus, neque vivi, sed monasterii, quod ex ipso nomen traxit; cf. Reinkens, Hilarius p. XIX. Qui postquam S. Hilarii abbatis dignitate ornatus est, Pientio episcopo mortuo, Chariberthi regis iussu sedem episcopalem nactus est; cf. Greg., H. Fr. IV, 48:

1) Anthologia latina nr. 731, II, p. 188.

2) Poetae latini minores III, p. 247.

3) Viehhauser, Hilarius p. 5—9.

Denique cum Pientius episcopus ab hac luce migrasset, apud Parisius civitatem Pascentius, qui tunc abba erat basilicae sancti Helari, ei succedit ex iussu regis Chariberthi, clamante Austrapio sibi hunc redere locum. Idem pietate commotus poetam arguere non destitit, ut 'de actibus sacratissimi viri' libellum componeret, id quod Fortunatus non renuit, etsi 'aequabilis fuerat, haec beato Ambrosio de fratre scribenda mandare, cui verba virtutibus coniuncta florebant'. Quem locum illi protulerunt, qui Vitae scriptorem poeta vetustiore fuisse contenderunt, imperfecti florebant prorsus obliiti, ex quo intellegitur, Fortunatum illum post Ambrosii mortem scripsisse. Neque 'pastorem antiquissimum' Hilarii discipulum praeceptorem appellare potuisset. Certe Vita S. Hilarii, ut Reinkens v. c. alique recte statuerunt, a Venantio Fortunato composita est, eodem qui librum de virtutibus eiusdem sancti scripsit. Pleraque quae de S. Hilario retulit, e Sulpicio Severo hausit, alia epistola Hilarii suppositicia ad Abram filiam data suppeditasse videtur, 'quae tenetur Pictavis pro munere conservata'. Haec quidem periit, sed altera exstat, in codicibus libellis Fortunati subiuncta, quam quin ipse opusculo suo adiecerit, dubium non est⁴). Praeter fabulas Fortunatus nihil novi de S. Hilario memoriae tradidit; operibus eius, quae historiae ecclesasticae fructum magnum ferunt, studium nullum navavit, ne eam quidem quam Hieronymus, De viris ill. c. 100 Vitam Hilarii scripsit novisse videtur. Itaque quae exstat Vita e Sulpicio, epistolis fictis fabulisque consarcinata multum abest quin Fortunati laudem extollere possit.

Liber de virtutibus, qui in codicibus Vitam sequitur, poetae esse una fere opinio est. Prologum qui praecedit Fortunatus iterum Pascentio papae ecclesiaeque (Pictaviensis scil.) habitatoribus dicavit. In quo libri prioris quidem mentionem nullam fecit, nec sane facere potuit, cum de re prorsus alia ageretur. Nam in libro Vitae 'de actibus' S. Hilarii scripsit, in posteriore 'quae praesenti tempore miracula misericors praebuit cupivit indigenti memoriae non fraudare'. Vterque quidem liber de eodem S. Hilario conscriptus est, sed alter res saec. IV, alter saec. VI gestas continet. Itaque quod scriptores hist. litt. Franc. I, 301, librum Vitae propterea a Venantio Fortunato abiudicaverunt, quod eius in Miraculis ratio nulla habita sit, stare minime potest. Cum vetustissimum quod Fortunatus retulit miraculum Chlodovechi tempore contigerit, 'praesentis temporis' limites aliquo modo transgressus est.

Eandem rem ex hoc libro Gregorius Turonensis, H. Fr. II, 37 repetivisse videtur, qui etiam in Glor. Conf. c. 2 librum de virtutibus laudavit: *Ad cuius, inquit, beatum sepulchrum multae quidem virtutes ostensae narrantur, quas liber vitae eius continet. Sed tamen duo leprosi in eodem loco mundati sunt* (Fortunatus c. IV). Mirum est, quod librum, quem amicus composuit, sine auctoris nomine adlegavit, sed procul dubio Gregorii neglegentiae vitio dandum est, praesertim cum librum 'vitae' laudaverit, illum 'de virtutibus' intellexerit.

Sermonem postquam Bollandus, AA. SS. Ian. I, p. 785, Browerum secutus, diversum a Miraculis in Vita deprehendisse sibi visus est, non defuerunt, qui hoc argumento niterentur. Is quidem statuit Fortunatum poetam Vitam a Iusto quodam pres-

4) Alii Fortunatum ipsum epistolam finxisse contenderunt, ut Gillotius, Scultetus.

bytero in archivis ecclesiae Pictaviensis repertam denuo recensuisse Miraculaque addidisse. Tillemont autem, 'Mém. pour servir à l'histoire ecclés.' (1706) VII, 746 Fortunatum quendam poeta paulo vetustiore, quem ante S. Germanum Parisiensem decessisse voluit, e Molano (d. 18. Iun.) erutum Vitae scriptorem habuit, cui etiam Vitam S. Marcelli attribuit. Quocum auctores Historiae litt. Francogall. I, 301 fere convenerunt. Sed cum Vitam Marcelli constet esse Fortunati poetae, ille Tillemontii Fortunatus hic locum non habet. De sermone autem egregios Maurinos testes proferre libet (*Migne IX, 185*): *Addere potuisset* (Bollandus scil.) *et proprias quasdam Venantii locutiones in eo opere indidem deprehendi*. Similiter in V. S. Germani Fortunatum locutum esse, illi iam perspexerunt.

De tempore quo Fortunatus de S. Hilario scripserit pauca sunt quae addam. Quod haud multo postquam a. 565 in Gallias venit factum esse, eo intellegitur quod Pascentius cui uterque liber dicatus est Sigiberto rege vivo diem obiit. Huius enim tempore iam Maroveus Pictaviensis episcopus erat; cf. Greg., H. Fr. IX, 40. Cum autem Sigibertus a. 575 mortuus sit, inter a. 565 et 575 Fortunatus scripserit necesse est. Huc accedit, quod Probianus puer, qui per S. Hilarium bonam valetudinem recuperavit, cum Fortunatus librum de virtutibus (c. III) contexuit, etiam tum vivebat. *Qui, inquit, Probianus civitatis apicem meruit obtinere pontificis et usque in hodiernum diem ad luminaria sui medici singulis annis vitae debitor tributa dissolvit*. Is est, ut Bouchetus primus vidit, Probianus Biturigensis episcopus, qui concilii Parisiensibus II a. 552 et III a. 557 interfuit. Cum quarto concilio a. 573 acto iam Felix Biturigensis subscripserit, antea S. Hilarii virtutes Fortunatum descripsisse certum est.

S. Hilarii Acta in legendario fere nullo desiderantur. Itaque codices sunt innumeri, sed pauci qui saeculum decimum superant. Mihi quidem praesto fuerunt hi:

- G Codex Sangallensis nr. 567, saec. IX, fol. 112—128. Contulit Jacobi. Ex quo fluxit
- H Codex Sangallensis nr. 577, saec. IX/X, fol. 137—155. Inspexit Jacobi. Ex hoc descriptus est
- B Codex Bruxellensis nr. 7668, saec. X, fol. 98—106'. Contulit W. Arndt.
- V Codex Vaticanus nr. 1197, saec. IX, fol. 105, litteris Langobardicis scriptus, iam mutilus est, cum quaternio O p. 8, 30 in *singulis annis* desinat. Etiam Vitae quae sequitur S. Sebastiani initium periit. Incipit enim: *consentiunt et metuunt, ne similis eos pena concludat*. Prologus libri de virtutibus iam ex exemplari, unde V fluxit, fere totus exciderat. Contulit Leo.
- A Codex Vaticanus nr. 1193, saec. XIII, fol. 1 praecedenti persimilis sed multo deterior est. Primi ternionis altera pars desideratur, ita ut textus a p. 5, 14: *bestiali pugna* ad p. 8, 35: *sibi talem* (inter fol. 3 et 4) hiet. Contulit Leo. Cui Gemeticensis, quo Maurini usi sunt, affinis est: uterque p. 9, 39 pro *Halaricum — Hilarium*, p. 9, 40 pro *redire — rediisse* praebet.

In GHA librum de virtutibus S. Hilarii epistola ad Abram filiam suam data sequitur. Qui sequuntur interpolati auctoritatem nullam habent.

- X Codex Bruxellensis nr. 7802, saec. X. Pauca W. Arndt exscripsit. Incipit: *Prologus ex gestis sancti Hilarii Pictaviensis episcopi, qui est idus Ianuarii*. Sequitur prologus alius atque in melioribus libris, idem multo brevior. Eundem praebet

- Y Codex Compendiense, quem Maurini adhibuerunt.
 Z Codices Ottobonianus, S. Germani, Colbertinus, in quibus, ut monachi S. Mauri adnotaverunt, S. Hilarii decessus p. 7, 9 fusior explicatus est. Hunc locum Reinkens p. XXI ut genuinum defendit et p. 319 fabulam in narrationem contextit. Sed libris mendis pessimis aspersis fides nulla tribuenda est. Historiolam eandem Vincentius Bellovacensis, Speculum historiale XIV, 51 narravit.

Praeterea e codicibus Parisiensibus nr. 196, olim S. Martialis Lemovicensis, saec. XI in. 8, fol. 61 — nr. 14654, olim S. Victoris 723, saec. XII, fol. 2 in 8^o — nr. 14460, olim S. Victoris 108 et 229, saec. XII in 2^o fol. 178 Peiper pauca enotavit. Hi quidem in plerisque mendis conveniunt, ut p. 1, 12 *complexa* omittunt, sed codices 14654 et 14460 aliquantulum deteriores sunt, quam codex 196.

Cum H ex G, B ex H derivatus sit — ut pauca saltem argumenta proferam, p. 4, 29 *pene* G¹, *p^oene* G², *poene* HB praebent; p. 9, 36 post *lampadis* H² *vox* superscripsit, quod B in textum admisit, reliqui autem libri omittunt —, codices H et B seposui. Ex VA eas tantum corruptelas adnotavi, in quibus conveniunt. Consentientes libros GV ubique secutus sum, discrepantibus iis G plerumque anteposui. Orthographica nulla notis adscripsi. Reperi quae GV communia praebent, praeterea ex G ea tantum quae e carminibus probantur, admissi.

Quae suppressi talia sunt:

- G *caelares, caera, hereticus, volubiles* (sing.), *papiro, sinodo, tantu, alius* (acc.), *sotialiter, peccanti (-di), gloria, exhorcista, clesie, ecclesiastice, literaturam, ammonet, ammonitionem*
 VA *devertentes, siccus* (acc.), *propagare* (pass.)
 V *quatinus, acervum (-bum), cladios, incolumen, tandiu, fraglaret, michi, nichil, aborruit, Ieronimi, surripere.*

Vita et miracula in Actis Sanctorum, inter opera Hilarii Fortunatique edita sunt.

Mombritius, Sanctuarium, Mediolani s. a. (1475?) II, p. IIII editionem principem paravit. Is prologum resecurit, ita ut liber a verbis (p. 2, 7) *Beatus Hilarius Pict. episcopus* incipiat. Cum locus p. 7, 11 ad p. 8, 8 desideretur — finem enim libri *primi terra plorante, caelo gaudente sequuntur verba: Gaudeat plane et sublimiter terra exultat, quia quamvis plura vivens in corpore etc.* —, manifestum est, codicem V a Mombritio adhibitum esse.

Surius, De probatis sanctorum historiis, Coloniae 1570, I, 264 primus Fortunati prologos adiecit. Codicem habuisse videtur G similem, cum *olim mysteriis deputatus* (p. 2, 30), *quoddam castellum dum adisset* (p. 3, 32) scripserit, sed hic illic textum interpolavit, quippe qui locos *immo prudens iuxta Domini vocem* (p. 6, 39) et *praestante eodem Domino nostro Iesu Christo, qui cum patre et spiritu sancto etc.* (p. 7, 10) inseruerit.

Bollandus, Acta sanctorum, Antverpiae 1643, Ian. I, 790, textum Surii cum codicibus S. Maximini et Ripatensi contulit.

Inter Hilarii opera post Gillotium (Parisiis 1572), qui Surium exscripsit, monachi e congr. S. Mauri (Parisiis 1693) vitam ediderunt, codicibus nonnullis inferioris notae adhibitis, i. e. Colbertinis, Compendiensi, Gemeticensi, Germanensi, Ottoboniano. Quorum editionem Luchi ad verbum repetivit: et Maurinorum et Luchianum exemplar *Migne, Patrologia latina* IX, p. 184 et LXXXVIII, p. 439 admisit.

II. VITA S. GERMANI.

Vitam S. Germani Parisiorum episcopi a Fortunato conscriptam esse Gregorius Tur., H. Fr. V, 8 testis est: *Quis, inquit, strenuus virtutes illius, quas in corpore fecit, sollicite vult inquirere, librum vitae illius, qui a Fortunato presbitero compositus est, legens cuncta repperiet.* Neque dubitandum est, quin quae exstat Vita Germani ea ipsa sit, quam Fortunatus confecit, cum et sermo congruat et quae in Vita c. VII de Germano 'in figura Moysi' incedente relata sunt cum Carm. II, 9, 72 optime convenient: *Moyses, tende manus et tua castra iuas.* Poeta nonnulla miracula ipse vidit⁵⁾, sive Parisiis constitutum Germanum adiit⁶⁾, sive illum Pictavis convenit. Obiit autem sanctus d. 28. Mai. a. 576, post cuius mortem Fortunatus memoriam vitae composuit.

Codices manu scripti permulti supersunt.

- P Codex Petropolitanus F. Otd. I. nr. 12 olim Corbeiensis, tunc Sangermanensis a Petro Dubrowsky acquisitus et Petropolim translatus. Vitas sanctorum saec. VII—IX manu scriptas continet⁷⁾, e quibus Vita S. Germani fol. 69—98, duobus quaternionibus (I. II), quinione (III), binione (IV) olim separatim ligatis, scripta est saec. IX satis negligenter, emendata deinde saec. X ad aliud exemplar⁸⁾. — Codicem Berolinum transmissum W. Arndt a. 1866 contulit.
- Q Codex Parisiensis⁹⁾ Latinus nr. 5365, saec. XII, formae maximae, antea S. Martialis Lemovicensis. Continet fol. 19 Vitam S. Germani — desunt autem capita 33—68 a p. 18, 32 *et qui prius* ad p. 25, 34 *gratiam* —, et translationem eiusdem ab interpolationibus immunem; ea fol. 24 in verbis *ut fugitivum nuper elapsum se prosequentem* (Mabillon, Saec. III, 2, p. 100) abrupte desinit. — Codex mendis refertus a librario negligenter scriptus est, omissis non solum verbis sed etiam sententiis. — Waitz nonnulla enotavit.
- G Codex Parisiensis Latinus S. Germani nr. 507, saec. X, formae quadratae, tam eleganter quam accurate scriptus S. Germano patrono totus dicatus est. Continet fol. 1 Vitam S. Germani, fol. 52 Translationem corporis S. Germani episcopi et confessoris, fol. 87 Aimoini historiam miraculorum S. Germani. Codex emendatus est bis, primum manu saec. X/XI, quae textum sincerum ita adulteravit, ut scriptura prior vix discerni possit, iterum manu saec. XV. — Waitz contulit.
- H Codex Parisiensis Latinus nr. 3801, formae magnae, saec. XII scriptus, fol. 55 Vitam S. Germani continet, quam Translatio sequitur. Capita 35—72 desiderantur. Codex ex G, postquam emendatus est, exscriptus videtur esse. — Waitz nonnulla enotavit.
- I Codex Parisiensis Latinus nr. 5296, formae maximae, saec. XIII, cum H consentit, sed minus accurate scriptus est. Translatio desideratur. — Waitz librum inspexit.

5) Cf. § 113: *Sed haec in cubiculo praesente me gesta sunt.*

6) Cf. c. LXV: *Itidem cum Parisius ad basilicam sanctorum Gervasi et Protasi orandi causa procederet* — — — *Haec quoque veneranda praesente me gesta sunt.*

7) Cf. Neues Archiv V, p. 248.

8) Verba *quisquis fideliter abstulit* a librario omnia emendator margini adscripsit; cf. infra p. 21, 20.

9) De codicibus qui sequuntur cf. Archiv XI, p. 256 sqq.

- K Codex Parisiensis Latinus nr. 5568, formae quadratae, saec. X scriptus, *Bibliothecae sancti Amandi in Pabula*, tunc Telleriano-Remensis nr. 263 erat. Fol. 78 Vita Germani, fol. 101 Translatio lemmate nullo ornata, fol. 117' Aimoini opusculum de S. Germano exstat. Codex nitide quidem et eleganter exaratus est, sed textus valde mutatus et depravatus cum G iam emendato saepe convenit. — Waitz priora capita speciminis causa contulit.
- L Codex Parisiensis Latinus S. Germani nr. 1049², formae quadratae, saec. XI accurate scriptus nihil nisi Vitam et Miracula patroni continet, sed eundem textum interpolatum ac K, postea a librario quodam emendatum. Vitam fol. 40 Translatio sequitur, quae miracula omnia libro G postea addita continet; fol. 72' Aimoini opusculum occupat. — Waitz pauca enotavit.
- X Codex Bonifontis a Bollandio laudatus.

Accedunt complures libri inferioris aetatis, ut Parisienses¹⁰⁾ Latini nr. 5287, saec. XIII — nr. 5323, saec. XIII — nr. 5346, saec. XIV — S. Germani nr. 506, saec. XV; Bruxellenses nr. 207—208, fol. 250¹¹⁾ — nr. 7487, fol. 111¹²⁾; Namurcensis nr. 53, saec. XII¹³⁾.

Ex his libris duos PG selegi, ad quos Vitae Germani textum recenserem, cum reliqui aut ex his fluxerint, aut certe nihil bonum contineant, quod in PG non reperiatur. Primum Q cum P semper convenit, ut p. 15, 37 *residere* uterque, deinde HI et G² consentiunt, ut p. 16, 15 *interdictum* pro *pretio* G²HI, p. 16, 39 *uigori pristino sine cunctatione restituitur*. ac uelut G²HI pro *uigore pristino restituito*, sine cunctatione uelut. Itaque cum G² contulerimus, lectiones HI addere supervacaneum erat. KL ut eiusdem familiae sunt, ita e P et G² codicibus lectio eorum videtur contaminata esse, nam p. 20, 16 *quem inquirens, de quam uilla praeteriret, ille se solum* (ex ea add. K) *incolumem esse respondit* cum habeant KL, *verba praeteriret et respondit* ex P hausta sunt, p. 22, 20 *ab eo unguine* pro *perunguine* ex G² fluxerunt. Praeterea p. 12, 1 post *erat* in G²K *sane*, p. 12, 7 ante *mutat* in utroque *pariter* interpolatum est; quae in L his locis scripta sunt, non comperi. Denique X, unde Bollandiani textum corruperunt, quomodo interpolatus sit, e loco intellegitur, quem p. 12, 2 adnotavi. Restant igitur PG, e quibus P eo praestat, quod quae in G erasa aut emendata sunt, integra servat. Dolendum autem est, quod in P glossae quaedam inreperunt, ut p. 19, 34 *verba per triduum uoce, manu, uestigio, stupore concutitur, rumor in partes tollitur, gratias creatori referentes hominem a quo morbis iugiter et mortibus imperetur* e sequentibus repetita sunt. Aliquoties licet consentientibus libris PG eorum auctoritatem neglegere debui, ut p. 23, 7 *britannum* (*britanum* P) *presbiterum* PG requiritur nominativus, p. 27, 20 *sed nescientibus quinto kalendas iunias omnibus id quod scripsi quinto kalendas iunias, sed nescientibus omnibus*.

Ratio scribendi in utroque libro admodum diversa est, cum alter orthographiam Merovingicam, alter eam fere quae saec. X usitata erat, prae se ferat. Neque vero

10) De quibus Waitz, Archiv XI, p. 259. 260 egit. Depravati atque decurtati ut sunt, auctoritate nulla pollent.

11) Cf. Neues Archiv II, p. 244, Analecta Bollandiana III, p. 153.

12) Cf. Neues Archiv II, p. 249.

13) Cf. Neues Archiv II, p. 265.

desunt in quibus conveniunt. Quae cum ita sint, quae Carminibus confirmantur admisi, reliqua mutavi, neque tamen textui ea subieci. Sunt autem quae suppressi orthographica haecce.

Codex P.

- e* pro *ae*: *bace*, *cecitas*.
ae pro *e*: *aelymosina*; *depraehendit*, *expraessit*, *praecante*; *seuirae* (= *saeuire*).
oe pro *ae*: *daemon*.
i pro *e*: in abl. *cessanti sacerdoti*, *iacenti*, *ingredienti*, *ultioni praesenti*; *uellis*, *uellit*, *diuenterit*, *accepissit*, *teneris*, *torquitur*; *acciderent*, *medilla*, *quatinus*, *segitem*, *uina*.
e pro *i*: *lustre*; in dat. *carcere*, *germine*, *portitore*; in ind. praes. pass. *distendetur*, *excutetur*, *perducetur*, *prosequetur*, *reddetur*, *reducetur*; *agmena*, *basilicam*, *besteas*, *contradedit*, *dedicit*, *resepescunt*, *Seluester*, *soledus*, *trea*, *uer*.
u pro *o*: *obstinatu*, acc. *famulus*; *agnusci*, *cumminter*, *insulens*, *oratorio*, *prumpti*.
o pro *u*: in abl. *anhelito*, *gusto*, *ingresso*, *portico*, *uiso*; *doorum*, *postolat*, *roborem*.
- i* pro *y*: *misterii*.
aspirata desideratur: *Aelarium*, *ora*.
c desideratur: *Netario*, *oblutabatur*.
qu pro *c*: *quur*.
c (*y*) pro *qu*: *licore*, *ligor*.
s pro *c*: *adsiscitur*.
d insertum: *ad circumstantibus*, *admisit*.
g insertum: *eoglogias*.
n pro *m*: *menbra*.
ns pro *ss*: *consensu*.
d pro *t*: *capud*, *reliquid*, *uelud*; *idem*.
t desideratur: *posponitur*.
ci pro *ti*: *diucius*, *palacium*.
ti pro *ci*: *iuditio*, *maleftio*, *offitio*, *supplitio*.
v pro *f*: *praeuocatur*.
consonans simplex pro duplici: *dificilis*, *difunditur*, *efulsit*; *inbecilis*, *police*; *consumauit*; *misa*, *sanctissimus*.
duplex pro simplici: *tollerare*, *ullulatu*; *digittos*.

Praeterea tantomodo, quodadmodum P scripsit. Addam, quod accusativus et ablativus in P saepissime confusi sunt:

ablativus pro accusativo: *ad Vico Nouo*, *ad Agustiduno*, *ante palacio*, *circa noctis medio*, *per Belsa*, *per biduo*, *per Muruimmo*, *post funereo pallore*; *cunctis amplectitur*, *gratia praedicarent*, *uiro* — — *undique obuoluto componit*.

accusativus pro ablativo: *de domum*, *de saeculum*, *de soledos*, *de subscriptionem*, *de uestem*; *relegiosum exceptus obsequium*; et in abl. abs., cf. p. 12, 21, 13, 11, 16, 38, 18, 15.

Haec tamen et reliqua ad ipsum sermonem mutatum pertinentia adnotare non neglexi.

Codex G.

- e* pro *ae*: *languide*.
ae pro *e*: *aequus*, *paecuniam*.
ae pro *oe*: *caepit*.
i pro *e*: *decidente*, *ditergens*, *uiniola*.
e pro *i*: *messoria*.
o pro *u*: *tonica*.
i pro *y*: *tipo*.
y pro *i*: *partym*.
- h desideratur*: *anelitum*.
h insertum: *hostium*, *marthyris*.
t pro *d*: *aput*.
ci pro *ti*: *insaciata*, *uicio*.
cx pro *x*: *extincxisse*, *restincxit*, *retexcitur*.
consonans duplex pro simplici: *circinmasset*.

Nonnulla quoque utrique libro communia sprevi ut

aeclesia, aegenis, aequus, inaedis, depraecari, praeces, praesbiter, praemere, praetiosa, praetium vel praecium fere, quaerellas, — adpropinquant (abl.), *conquirens, conquiritur, — paraliticus, — cybi, ymber, — langor, — ydropis, — fallatia, mendatium.*

Denique *Symphorianus* pro *Synforianus*, *Augustidunum* pro *Agustidunum* et *Childebertus* pro *Childeberto* semper scripsi, cum nomina in Carminibus ita tradita sint.

Vita S. Germani et in Actis Sanctorum et inter Scriptores rerum Francicarum et inter Opera Fortunati edita est.

Surius, De probatis sanctorum historiis, Coloniae 1572, III, 410, editionem principem e codice interpolato paravit; cf. infra p. 12, 24 n. In eo libro ab eo unguine pro perunguine (= G², infra p. 22, 20) et Referatur parvum et huic simile miraculum. Mulier quaedam, Maoberta nomine, apud eandem urbem inflationis pustulam pro verbis Moverta quaedam Parisius pustulam (infra p. 25, 35) scripta erant.

Mabillon, Acta sanctorum ordinis S. Benedicti, Parisiis 1668, Saec. I, p. 234 primus textum integrum edidit, praestantissimo codice P usus, unde interpolationem (infra p. 19, 34), de qua supra p. X egi, in notis protulit.

Bollandus, Acta sanctorum, Antverpiae 1688, Mai. VI, 778 textum e Surio (cf. infra p. 12, 24) et codice X interpolatum edidit. Adhibuit etiam Antverpiensem quendam codicem.

Bouquet, Recueil des historiens des Gaules, Parisiis 1741, III, 443, particulas e Mabillonio excerpit.

Luchi p. 26 (= Migne LXXXVIII, p. 453), Mabillonii editionem repetendam curavit et notas addidit, quas Bollandus textui subiecerat.

III. VITA S. ALBINI.

Fortunatus in Tincillacense monasterium profectus, ubi S. Albinus Andegavorum episcopus educatus erat, a Domitiano eiusdem successore ad Andegavorum urbem visendam invitatus est; cf. Carm. XI, 25, 7—10:

hinc citus excurrrens Cariacae devehor aulae;

Tincillacensi perferor inde loco.

hinc sacer antistes rapuit me Domitianus,

ad sancti Albini gaudia festa trahens.

Tunc 'inter¹⁴⁾ reliqua maturitatis consulta de sacratissimo viro Albino antistite Domitianus fecit tenuiter mentionem, ut eius vita impressa libellis ad aedificationem plebis humanis fixa conderetur in chartis'. *Huius, inquit¹⁵⁾, rei impulsor quidam postmodum mandata vestrae beatitudinis exequens a me si quidem annuerem inconperendinatim id feri flagitavit. Illud vero adiciens, ut quae ipse de gestis sancti viri Albini iuxta fidem conpererat, eo insinuante indubitabiliter propalarem.* Scripsit igitur Vitam Albini. Domitiano autem papae eum eam inscripsisse ex exordio epistolae dedicatoriae, quod

14) Cf. V. Albini c. I.

15) ib. c. II.

e codice Escorialensi primus adieci, intellegitur: *Domino sancto et apostolicis meritis reverentissime praeconando domno Domitiano papae Fortunatus vester. Domitianus, quem a. 569 diem obiisse ferunt, conciliis Parisiensi III post a. 556 et Turonensi II a. 567 interfuit.*

Vitae Albini Gregorius Turonensis in Gloria Conf. c. 94 his verbis mentionem fecit: *Albinus autem confessor, cuius nuper vitae liber a Fortunato est conscriptus presbitero, obtinet et ipse, impertiente merito, suum ostendi miracula ad sepulchrum. Liber cum scriptus sit a. 587, post annum autem 590 ab auctore hic illic suppletus¹⁶⁾, tempus quo Vita composita est accurate quidem circumscribi non potest, sed primam eam a Fortunato conditam esse, e prologo intellegitur (infra p. 28, 31): quem ad scribendi seriem nec natura profuam nec literatura facundum nec ipse usquequaque usus reddit expeditum; cf. Ebert, Geschichte der christlich-lateinischen Literatur I, 515.*

Gregorium Turonicae ecclesiae episcopum Vitam Albini, quam Fortunatus composuit, 'scriptorum vitiis iam paene depravatam suae auctoritatis peritia correxisse' in epistola Germano Parisiorum episcopo data legitur quidem¹⁷⁾, sed ea iam nullus dubitat quin ficta sit ab Archanaldo, qui a. 905 iussu Rainonis Andegavensis episcopi Vitam Maurilii a Magnobodo compositam recognovit. Idem fortasse Vitam Albini expolivit, nam codex Patriciacensis, cuius Ruinart, Gregorii Opp. Praef. nr. 80 mentionem fecit, in verbis desinit: *Explicit vita beati Albini composita a beato Gregorio Turonicae urbis episcopo.*

Codex unicus, qui librum integrum continet, est

E Escorialensis¹⁸⁾ & III 26, formae octavae, saec. X scriptura vulgari, non Wisigothica exaratus, qui folia 132 continet. Insunt Vitae et Miracula Nicolai Myrensis (fol. 2'—42), Magnobodi Andegavensis (fol. 42—62), Maurilii a Magnobodo composita (fol. 77—89), Albini (fol. 89—99').

Vitam Albini fol. 100—104 Miracula excipiunt, quorum initium, cum ineditum sit, prooemio inserendum esse duxi.

INCIPIVNT MIRACVLA POST OBITVM EIVS PATRATA.

SANCTVS CONFESSOR ALBINVS Andecavensium pontifex egregius, cuius nobiles f. 100 actus doctiloquo prosequitur stilo Fortunatus, suis magnis obtinet meritis ad roborandam fidem populorum crebras ad suum virtutes ostendi sepulchrum. Adveniente igitur solemnitate eius die, quae celebratur estivo tempore, sancti confessoris locum plurimae fidelium frequentaverunt turmae, multi etiam diversos languores habentes, fama virtutum eius audita, salutis suae convenerunt causa. Inter quos quidam qui longo tempore lecto decubans languerat paralyticus, perditio omnium membrorum ministerio, vehiculo affuit allatus. Qui totam noctem ducens insomnem sancti patroni, ut sui misereretur seque ab hoc miserabili languore suis sanctis meritis liberaret, cum magna cordis contritione pietatem exorabat. Cui post vigilias noctis foris iacenti sub fenestra quae sacro supereminet tumulo et sopori dedito in ipso diei crepusculo vir | vultu habituque clarus asti- f. 100' tisse visus est, dicens ei: Miser, quare tam diu dormitas? Vt quid vitae tuae curam negligis? Persevera in prece et non frustraberis salutis munere. Qui enim petit accipit¹⁹⁾,

16) Cf. Script. Rer. Merov. I, p. 455.

17) Cf. infra p. 82.

18) Cf. Neues Archiv VI, p. 251.

19) Matth. VII, 8.

et qui quaerit invenit et pulsanti aperietur. Cui eger respondit: Vtinam, honorabilis pater, salutem consequi merear. Ipse vero addidit: Adiutorium quo in monasterium deporteris require, et cum horae tertiae signum intonuerit, presens assiste deumque cum fiducia deprecare et ab hac qua detineris sanaberis infirmitate. Advenientes enim ea ipsa hora gloriosi sacerdotes Christi, beatus videlicet Albinus atque dominus Martinus Turonensis archipresul, hanc ingressuri sunt basilicam, dataque hoc in loco benedictione, ad solemnitatem translationis et ordinationis eiusdem beati Martini simul Turonis accedere debent. Tu ergo tantum crede, et in eorum adventu si presens fueris, salvus eris.

f. 101' *Expergefactus autem debilis sine mora se ad tumbam deferri qua sacra | condita sunt membra festinavit. Deinde dum hora tertia divinas clerici canerent laudes, miri odoris fragrantia omnia superexcellens aromata per totum populum qui in ecclesia aderat est respersa. Qua suavitate repletus ita se incolumem sensit languidus, ac si nulla infirmitate fuisset detentus, et qui alienis manibus paulo ante ad sancti confessoris sepulchrum fuerat deportatus, propriis protinus gradiens pedibus debitas cum omni populo almo presuli ALBINO rependit laudes. Hoc non a paucis sed visum a multis tota regio testatur Andecavensis.*

f. 101' *Non ille quidem solummodo locus quo sacri corporis beati Albini reliquiae continentur crebris illustratur miraculis, verum etiam ubicunque eius nomen cum fide recta invocatum fuerit, operante Christo pro confessoris sui meritis, quod fideles postulant impetrant, ut veritatis sententia impleatur, que dicit: Pater²⁰⁾ meus usque modo operatur et ego operor. | Et iterum: Opera²¹⁾ quae ego facio et ipsi qui in me credunt facient. Nam apud Croviensem vicum quaedam mulier extitit, quam a nativitate caecam natura disponente deo in hanc vitam profuderat. Quae a multis audiens, quod sancti pontificis virtute leprosi mundarentur, sanarentur paralytici, visum recuperarent caeci, plurimi a vita desperati infirmi ab ipsis, ut ita dicam, mortis faucibus erepti essent atque ad vitam redditi, nocte ac die totis cordis medullis sanctum fiducialiter invocabat ALBINVM, ut suae miseriae assuetum conferret auxilium et caeli videre concederet lumen sua intercessionem sancta, quod sibi denegaverat natura. Nec a precum cessavit improbitate, donec impetraret quod petebat a sancto confessore. Eodem namque die quo sanatus est paralyticus, de quo supra diximus, in monasterio illuminata est et haec mulier in vico praedicto, praestante domino nostro Iesu Christo, qui vivit et regnat deus per omnia secula seculorum. Amen.*

Sequitur Miraculorum eorum quae Bollandiani 'ex MS. Nicolai Belfortii' in AA. SS. Mart. I, 60 ediderunt caput I²²⁾ (*In territorio igitur — semiusto pede*), cui capitis II initium alia manu saec. X subiectum est:

f. 104' *(M)ichi videtur pagine inserendum quoddam clarissimum miraculum, quod ad beati pontificis mausoleum in hoc nostro tempore constat esse patratum. Et precipue futuris estimo fidelibus | scripto propalandum, quia presentibus visu scio notissimum. Et ideo quorum hoc quod narraturus sum didicerim relatione non magnopere curavi nominatim depromere, quia omnes Andecavenses.*

Cum autem librarius inceptum non perfecit, particulam scriptam alia manus expunxit. Liber qui in ipsa Andegavensi urbe scriptus videtur esse ita super reliquos eminet, ut lectio vulgata Vitae Albini ex eo centies suppleri atque emendari potuerit.

20) Ioh. V, 17.

21) Ioh. V, 36.

22) Ex Escorialensi editio Bollandiana emendanda est.

A Paulo Ewald collatus est.

- V Codex Vaticanus Reg. Christinae nr. 465 Vitas Maurilii, Licinii, Magnobodi, Samsonis, Albini et nomina episcoporum Andegavensium, Senonensium, Aurelianensium, Cenomanensium continet. Vitae Albini prologus deest; incipit enim: *Incipit uita sc̄i ac beatissimi albini ep̄i et cōnf. Religiosorum uita uirorum.* — Mau pauca exscripsit.
- P Codices quoque Parisienses Latini nr. 3788 (fol. 171'—175'), saec. XII — nr. 5280 (fol. 132'), saec. XIII — nr. 5318 (fol. 225'—226'), saec. XIII — nr. 5324, prologo omisso, in *Religiosorum* incipiunt. Eos Leo inspexit.
- X Codex S. Audomari, quem prologo caruisse Bollandiani testantur, et
- Y Codex S. Maximini Treverensis, quo iidem usi sunt, mendis scatebant.

Neque melior Bruxellensis nr. 207—208, saec. XIII est, quem Bollandiani, *Analecta* III, 144 nuper fusius descripserunt. Foliis 129 et 130 excisis in verbis *Itaque occurrente* (infra p. 31, 11) desinit.

Surius, *De probatis sanctorum historiis, Coloniae 1571*, II, 1, codice usus est E simili, unde prologum in plerisque libris manu scriptis omissum hausit, praescriptione tamen carentem.

Mabillon, *Acta sanctorum ordinis S. Benedicti, Parisiis 1668*, Saec. I, 108, textum Surianum repetiuit, quem hic illic 'e duobus veteribus mss.' male mutauit.

Bollandiani, *Acta sanctorum, Antverpiae 1668*, Mart. I, 57 item Surii exemplar repetiuerunt, quod cum duobus codicibus contulerunt; cf. l. l. p. 55: *quam dein Rosweydu cum uno Ms. codice, nos cum duobus aliis contulimus, uno ecclesiae S. Audomari (= X), altero monasterii S. Maximini Treuiris (= Y).* Rosweydo autem Escorialensis notus erat.

Bouquet, *Recueil des historiens des Gaules, Parisiis 1744*, III, 421 e Mabillonio particulas excerpsit.

Luchi p. 54 (= *Migne* LXXXVIII, p. 479) Vitam se edere scripsit, 'ut exstat saeculo I Bened.', sed Surium quoque consuluit.

Nos codicem E duce praestantissimum secuti sumus, collatum cum Surio et Mabillonio. In orthographicis cum liber saec. X exaratus auctoritate destitutus sit, et michi, nichil aliaque huiusmodi quam maxime a Fortunato abhorreant, ad Carmina fere scripturam formavi, e quibus etiam *Childeberctho* restitui.

IV. VITA S. PATERNI.

Vt Vitam S. Paterni Abrincensis episcopi, qui concilio Parisiensi III post a. 556 celebrato interfuit, Fortunatus scriberet, Martianus abbas, quem monasterio cuidam ab ipso sancto condito praefuisse Bollandiani probabiliter coniecerunt, ei iniunxit, neque, quin quae exstat Vita Paterni ea ipsa sit, quam poeta contexuit, dubium est, postquam Mabillonius prologum e codice Herovalliano eruit.

- P Codex Parisiensis Latinus nr. 5666, saec. XIII, ubi fol. 54 Vita Paterni exstat. A. Schoene eum contulit.

E codicibus, quibus Bollandiani usi sunt, RX prologum habent, VY a verbis *Religiosorum hominum* (infra p. 33, 28) demum incipiunt.

- R Codex Vaticanus bibliothecae reginae Christinae.

- X Codex Divionensis.
 V Codex Treverensis.
 Y Codex Bodecensis pessime depravatus; cf. infra p. 34, 2. 35, 33.
 Z Codex Rotomagensis.

Cum Y codex Bruxellensis nr. 206, saec. XIII, fol. 93—94', quem Bollandiani, *Analecta III*, 113 nuper descripserunt, fere convenit.

Textus Vitae Paterni in plerisque editionibus pessime interpolatus ac immutatus est.

Surius, *De probatis sanctorum historiis, Coloniae 1571*, II, 654, codice usus est, cui prologus deerat. Hunc cum in gratiam lectoris 'oratione aliquanto Latiniori' transcripserit, quod edidit Vitae quasi compendium a Luchio recte appellatum est.

Mabillon, *Acta sanctorum ordinis S. Benedicti, Parisiis 1668*, primum Saec. I, 152, Vitam e codice quodam decurtato, ut VY, edidit (Mab. 1), deinde, postquam in schedas incidit, quas d'Achery olim a v. c. d'Herouval acceperat, integrum textum in Appendice Saec. II, 1100 imprimendum curavit (Mab. 2). Codex autem Herovallii libro P persimilis fuit.

Henschenius, *Acta sanctorum, Antverpiae 1675*, Apr. II, 425, Vitam ad codices RXVYZ recensuit, vel potius depravavit atque praecipue ex Y interpolavit, ut textus ab eo editus totus abiciendus fuerit. Quomodo eum confecerit locus p. 36, 25 luculentissimum praebet exemplum, ubi e textu integro *mantela uico quidam puer* et e Suriano *cumque mileuico puer* nomen pueri ita formavit: *mantela uico quidam puer mileuo nomine*.

Bouquet, *Recueil des historiens des Gaules, Parisiis 1741*, III, 424 particulas ex altera Mabillonii editione excerpsit.

Henschenii exemplar *Luchi* p. 65 (= *Migne LXXXVIII*, p. 487) repetivit, quod cum Mab. 2 contulit, ut, ut ait, *utrumque proinde exemplar a nobis hic editum dici possit*. Rectius dixisset meliorem Mabillonii textum in ima pagina reperiri.

Quae cum ita sint, nos Surium Henscheniumque vix curantes codicem P accurate expressimus, quem cum utraque Mabillonii editione contulimus. Quod ad orthographiam pertinet, eandem rationem ac in Vita Albini recensenda secuti sumus.

V. VITA S. RADEGVNDIS.

Vita Radegundis reginae, quam post mortem²³⁾ sanctae (a. 587) a Fortunato compositam esse certum est, inter opuscula quae poeta reliquit hagiographica sine dubio primum locum obtinet. Agitur de regina Thoringorum, a Chlothario I rege Francorum capta atque in matrimonium ducta, quae postquam saeculo renuntians in Pictaviense S. Crucis monasterium se recepit, ibi Fortunato familiariter usa est. Eum scriptorem Vitae illius Baudonivia Pictaviensis monialis, quae iussu 'Dedimiae abbatissae vel omnis congregationis' librum secundum Vitae Radegundis paulo post a. 600²⁴⁾ adiecit,

23) Cf. infra p. 48, 22: *die qua sanctissima migravit de saeculo*.

24) Cf. *Script. Rer. Meroving.* I, 2, p. 461.

his verbis laudavit²⁵⁾: *Non ea quae vir apostolicus Fortunatus episcopus de beatae vita composuit iteramus, sed ea quae prolixitate praetermisit, sicut ipse in libro suo disseruit cum diceret: De beatae virtutibus sufficiat exiguitas, ne fastidiatur ubertas, nec reputetur brevissimum, ubi de paucis agnoscitur amplitudo.* Locus quem e libro Fortunati protulit infra p. 49, 3 legitur. Itaque Pictaviensibus monialibus iam brevi tempore postquam Fortunatus scripsit, eius Vita minime suffecisse videtur, cum Baudoniviae eam iterum tractandam mandarent. Vere multa sunt quae historiam mulieris magis quam poetae miracula commendent.

Fortunati liber et Baudoniviae in plerisque codicibus coniuncti sunt, ita ut hic illum ut secundus excipiat. Codices²⁶⁾ autem fere innumeri sunt.

- P Codex Parisiensis Latinus nr. 5275, olim Colbertinus nr. 3291, formae maxime, sed diversae, scilicet in singulis quaternionibus modo maioris, modo minoris, saec. XI in. scriptus, fol. 14' Vitas Radegundis continet, quas fol. 30' Vita Disciolae²⁷⁾ sequitur. — Waitz contulit.
- M Codex Monacensis Latinus nr. 3810, olim Aug. eccl. nr. 110, membranaceus formae maxime, saec. X, fol. 171—181' librum Fortunati continet, quem Baudonivianus excipit: *Incipit prologus Baudoniviae de miraculis sc̄ae Radegundis virḡ.* — Jacobi contulit.
- G Codex Parisiensis Latinus nr. 13761, olim S. Germani a Pratis nr. 475 vel 1404, saec. X, formae quadratae a pluribus librariis per quaterniones alternantibus exaratus est. Fol. 81—103' Vitae Radegundis exstant, sed prologi et index libri secundi desiderantur. Huic titulus praefixus est: *Item de vita beatae Radegundis composita ab una ex sanctis monialibus iugiter cum ea conversantibus.* — Codicem Waitz contulit.
- L Codex Londoniensis Musei Britannici nr. 11880, saec. IX in., fol. 71' Vitam Radegundis continet. Inest etiam Vita Corbiniani. — Pertz contulit.
- E Codex Monacensis Latinus nr. 14095, olim S. Emmerammi nr. 95, saec. XI/XII scriptus praeter Heinrici IV (fol. 1) Vitam quoque Radegundis (fol. 159) continet, sed Baudoniviae liber desideratur. Quattuor folia excisa sunt; cf. infra p. 39, 15. — Wattenbach contulit.
- W Codex Monacensis Latinus nr. 22242, olim S. Mariae Windbergensis nr. 42, formae maxime, fol. 162, iussu Hebitardi abbatis (1141—1191) scriptus est. Fol. 152—157' Fortunati liber occupat, quem Vita Wigberti praecedat, Eusebii Vita sequitur. — Codicem Berolinum transmissum ipse inspexi.
- Q Codex Parisiensis Latinus nr. 9742, saec. XII, p. 134 in iisdem verbis ac EW desinit.
- T Codex Trecensis nr. 1248, formae quadratae, saec. X vel XI a pluribus librariis scriptus olim bibliothecae Boherianae (D. 65) erat. Insunt libri Fortunati et Baudoniviae (*Incipit praefatio sequentis libri*), quibus appendix a Mabillonio, Saec. I, p. 334 commemorata subiecta est: *Incipit de puella Distiola*²⁷⁾. — — *Incipit item de alia eiusdem monasterii puella.* — — *Epistola Caesariae incipit. Dominabus sanctis Richildae et Radegundi Caesaria exigua.* Praeterea Vitam S. Fulgentii et Passionem quattuor coronatorum continet. — Arndt a. 1868 contulit.

25) Mabillon, Saec. I, p. 326.

26) De quibus v. Archiv XI, p. 260.

27) V. Greg. Tur., Hist. Franc. VI, 29.

- H Codex Londoniensis Musei Britannici Harleianus nr. 649 post Bedae opera complura saec. XI exarata, Fortunati librum saec. XII scriptum exhibet. Prologo omisso a verbis: *Beatissima igitur Radegundis* incipit; eodem modo ac XY desinit. — Pertz pauca exscripsit.
- X¹ Codex Parisiensis Latinus nr. 5351, formae magnae, saec. XI scriptus, fol. 6—19 Vitas Radegundis continet. Libro I clausula adiecta est, quae a melioribus codicibus abest; prologus secundi adest, sed index capitum desideratur. Textum librarius suo arbitrato mutavit. — Waitz inspexit.
- X² Codex Parisiensis Latinus nr. 16734, olim S. Martini Campensis ('S. Martin des Champs') saec. XII, fol. 111' eodem fine terminatur. — Molinier inspexit.
- Y¹ Codex Parisiensis Latinus nr. 5343 (de la Mare nr. 384), saec. XI scriptus diversa opuscula in unum volumen colligata continet. Libro I eadem clausula ac X subiecta est; prologus et index libri II adsunt. Is in verbis c. 29: *sunt redditus sanitati* desinit. Textus ad lectionem ecclesiasticam aptatus est. — Waitz inspexit.
- Y² Codex Parisiensis Latinus nr. 17005, olim monasterii Fuliensis Parisiis constituti, saec. XII, fol. 110' utrumque librum continet; primo clausula addita est. — Molinier inspexit.
- Z Codex Parisiensis Latinus nr. 5323, saec. XIII, qui fol. 189—191 Vitas Radegundis continet, cum Y¹ convenit, sed integer est. — Waitz inspexit.

Inter tot codices PMG tantum ab interpolatione immunes sunt, duo autem illi tam arte inter se coniuncti, ut pro uno fere exemplari sint. Exempli gratia infra p. 39, 13 *praemitteret* PM exhibent pro *permitteret*, p. 42, 13 *conditum* P¹M pro *Condante*, p. 46, 27 *qui dicitur* PM pro *quidam*. Nonnumquam P² cum M convenit, ut p. 41, 33 *blattis* recte P¹, *ablatis* M, *oblatis* P², p. 46, 9 *in populum* recte P¹, *vel in pupicum* P², *in publicum* M, p. 47, 9 *merito* P²M pro *marito* P¹. Itaque P e codice M simili et exscriptus et emendatus videtur esse. His codex G accedit, qui infra p. 44, 26 verbum ab ipso Fortunato omissum de suo adiecit. Horum trium librorum (PMG) consensum ubique secutus sum. Interpolatos in tres classes distribui has: LEW — TH — XYZ:

p. 38, 21 *Quae puella inter alia opera quae sexui eius congruebant litteris est erudita*] *puella nata laboribus quae conveniunt sexui inter opera reliqua (reliqua opera W) fit barbaris litterata* LEW

p. 39, 1 *Iam tunc id agens infantula, quidquid sibi remansisset in mensa, collectis parvulis, lavans capita singulis, conpositis sellulis, porrigens aquam manibus*] *sed iam tunc tenerae aetatis adhuc (adhuc aetatis H) adulta, id agere studii habebat, ut quicquid sibi (residui add. H) remansisset edulii, collectis parvulis eorumque capitibus (singulorum add. H) mundatis* TH

p. 49, 6 *prosequantur*] *add. TH humanae eloquentiae modus ammirando attonitus viribus explicare minime valet — add. XY humanae eloquentiae modus admirando attonitus pre viribus explicare minime valet. Sit tamen illi qui dedit gloria, laus et imperium in saecula saeculorum. Amen.*

Propterea ex LE ea tantum adnotavi, in quibus aut inter se aut cum alio codice conveniunt. Codex E nonnullis locis alteri L praefendus est, cuius lacunam (infra p. 42, 20) explet. Vterque Fortunati sermonem nonnumquam melius quam reliqui libri (ut *quo* pro *ubi* p. 39, 24) servasse videtur. Libri TH cum LE vinculo nullo coniuncti sunt, sed XY procul dubio e TH fluxerunt, cum textum eundem sed magis interpolatum habere videantur.

Orthographica quae suppressi haec sunt:

- P aescas, acciperat, diliciis, comulent, curso, misterio, cybaria, cybum, paradyso, chylaras, dequoquere, quoquinam, capud, diviciis, insaciata, molliciem, crutiatum, tollerabat, commitante, lamminam.
- M adminuculae, sugnaculo, cumputrescens, postulae, combaiolat, pascales, menbra, lebrosi, cilitium, Frantia, saciaretur, euuangelico, inbeciles, literis.
- PM territorio, malbis, erba, ora, orret, aborrebat, perorrescit, oste, sicata, panosos, optento, auferre pro offerre.
- G aelemosinae, discendere, dispecto, cybaria, cybus, cultus (acc. pl.), lectu, tonithruo, nichil, succinta, commertia, delitiis, postitio, aquammanile, consumaret.
- L deficato, dispecto, disperaret, licumine, putridines, abl. minori, accederit, nom. exanimes, dat. coniuge, pass. deportare et remove, elymosinae, quadriduana.
- T cathena, amministrare, illuxit, summergeret, nil pro nihil alia.

Vita Radegundis inter Acta Sanctorum ter edita est.

Surius, *De probatis sanctorum historiis, Coloniae 1575*, IV, p. 629, codice quodam eiusdem generis ac LE usus est, cum puella data laboribus quae conveniunt sexui inter opera reliqua fit ex barbaris literata (infra p. 38, 22) scripserit. Ceterum c. 22 post corpusculum (infra p. 44, 20) locum e libro Baudoniviae c. 8 desumptum adiecit: *Non illam aliquando mellis pluma fulcivit neque linteaminis nitor instruxit. Manicam qua brachium indueret non habebat, nisi quod de caliga sua sibi duas fecit manicas, sed ita se tractabat, ut haec nec abbatissa sentiret.*

Mabillon, *Acta sanctorum ordinis S. Benedicti, Parisiis 1668*, Saec. I, 319 Vitam 'ad Mss. cod. S. Germani Pratensis et Conchensis Monast. et D. d'Herouval' recensuit. Cum pro recentaret scripserit recrearet (sic G², infra p. 39, 27), dubium non est, quin codex S. Germani idem sit ac G. Praeterea codicem T similem habuisse videtur, cum relaxans (pro relaxatius, infra p. 44, 22), scopans (pro occupans, infra p. 44, 29) margini addiderit.

Bollandiani, *Acta sanctorum, Antverpiae 1737*, Aug. III, 67, apographis Gammansii e Soc. Iesu et Petri Francisci Chiffletii usi sunt. Ille apographum, 'quod²⁸⁾ cum editione Suriana maxime convenit, et in quo videtur amanuensis liberius stylum mutasse', aliudque 'ex Passionali Ms. pergameno monasterii Bodecensis in dioecesi Paderbornensi desumptum, cuius stylus ab aliis manuscriptis et excusis exemplaribus discrepat'²⁹⁾ cum Bollandianis communicavit. Chiffletius autem Vitam e manu scripto codice Vallis lucentis describendam curaverat, qui 'in constructione periodorum ab editione Mabilloniana differbat, tamen in substantia plerumque cum illa concordabat' et id apographum Bollandianis transmisit cum aliis Mss. (ut Divionensi) diligenter collatum.

Bouquet, *Recueil des historiens des Gaules, Parisiis 1741*, III, 456 locos quosdam e Mabillonio excerpit.

Luchi p. 78 (= Migne LXXXVIII, p. 497) Mabillonii editionem repetivit, cui notas Bollandianorum adiecit.

28) Bollandiani l. l. p. 48 apographum anonymum vocaverunt. Infra p. 41, 33 oblati pro blattis (= P²) scriptum erat.

29) Prologus quem speciminis causa l. l. p. 68 ediderunt totus diversus est.

VI. VITA S. MARCELLI.

Cum Vitam Marcelli Fortunatus iussu Germani Parisiorum episcopi, cui eam dedicavit, scripserit, ante a. 576, Mai. 28, quo Germanus obiit, eam compositam esse necesse est. Vel eo tempore actus S. Marcelli 'temporum vetustate subrepti erant' atque 'pauca de eius gestis felicibus erant ad ea tempora relatione vivente perducta'. Vitam Marcelli Fortunatus Radegundi absens misit, his versibus additis (Fort. Opp. I, 1, p. 287, App. c. XXII, v. 15):

*hinc tibi nunc absens Marcelli munera misi,
cui dedit excelsum vita beata locum,
et si displiceant indigno verba relatu,
conplaceant animo signa superna tuo.*

Etiam Gregorius in Glor. Conf. c. 87 his verbis eius mentionem fecit: *Marcellus vero Parisiacae urbis episcopus, qui quondam, ut in eius vita legitur, serpentem immensum hoc depellit ab oppido.* Libellum a Radegunde in bibliotheca monasterii S. Crucis Pictaviensis collocatum paulo post Baudonivia legit, et cum prooemium ornato sermone componere ipsa nesciret, inde potissimum Fortunati 'sermonum flores' furata est:

Prol. V. Marcelli

qui habentes intra se fontes eloquentiae de ipso sicco themate didicerunt undas haurire. Vnde quidquid illis iniungitur carmine in-riguo copiosius explicatur. Verum econtra quicumque angustae intellegentiae ariditate torrentur nec habent affluentiam inundantis eloquii, per quam vel alios reficere vel suae siccitatis possint inopiam temperare, tales non solum aliqua non (non om. P) per se dicere appetunt, verum etiam si quid eis iniunctum fuerit perhorrescunt, quoniam quantum doctis proloqui tantum indoctis utile fit tacere. Nam illi de parvis magna disserere, isti de magnis nesciunt vel parva proferre, et ideo quod ab aliis quaeritur ab aliis formidatur.

Prol. Baudoniviae

qui habentes intra se fontem eloquentiae, unde quidquid illis iniungitur carmine in-riguo copiosius explicatur. Verum econtra quicumque angustae intellegentiae sunt nec habent affluentiam eloquii, per quam vel alios reficere vel suae siccitatis possint inopiam temperare, tales non solum per se aliquid dicere appetunt, verum etiam si quid eis iniunctum fuerit pertimescunt, — — — quoniam quantum doctis proloqui tantum indoctis utile fit tacere. Nam illi sciunt de parvis magna disserere, isti de magnis nesciunt vel parva proferre, et ideo quod ab aliis quaeritur ab aliis formidatur.

Adiecit Baudonivia locum e prologo Vitae Hilarii petitum. Marcelli vitam Tillemont, Mém. h. e. (1705) X, 416 et auctores hist. litt. Francogall. (1735) III, 483 Fortunato Vercellensi attribuerunt, poetae esse negantes propter quattuor causas, scilicet titulum episcopum Fortunato in M additum, stilum simpliciolem, Germanum vivum, Gregorii de Fortunato auctore silentium. At lemma codici M postea adiectum est. Sermo autem tam simplex quam in reliquis Fortunati scriptis hagiographicis. Item Martini³⁰⁾ quoque Vitam Germano vivo Fortunatus edidit. Denique etiam in Vita Hilarii Gregorius auctorem Fortunatum retulit. Neque Luchio p. 129 'momenta et coniecturae tanti esse videbantur, quamobrem ita se habere rem iudicaret' neque Ebert, Geschichte der

30) Cf. Script. Rer. Merov. I, 2, p. 452.

christlich-lateinischen Literatur I, 515 ab alio ac poeta Vitam compositam esse voluit. Re vera 'Itala Patavinitas' quae laudatur (infra p. 50, 5) Fortunati poetae patriam luce clarius indicat, et quae supra de libello in monasterium Radegundis misso ibique a Baudonivia adhibito diximus non Vercellensi sed Pictaviensi scriptori apta sunt.

Codices Vitae Marcelli pauci supersunt.

- P Codex Parisiensis Latinus nr. 5275, saec. X, initio prologi omissio a *Facundissima* incipit. Prologo index capitum subiectus est. — A. Schoene contulit.
- F Codex Farfensis (hodie Romae in bibl. Vict. Eman.) F, membranaceus formae maximae, saec. IX scriptus post Vitam Genovefae fol. 173'—177 librum Fortunati continet, sed prologus Vitae desideratur. — Mau contulit.
- M Codex Parisiensis Latinus nr. 11552, saec. XIII, formae maximae, fol. 184, S. Mauri Fossatensis (nr. 29, olim 1031) erat. — R. Peiper initium prologi contulit.

Libellus bis editus est.

Surius, De probatis sanctorum historiis, Coloniae 1575, VI, 14, alio ac PF codice usus est, cum denegat (infra p. 52, 25) ab ipso abesset.

Cuius editionem Luchi p. 131 (= Migne LXXXVIII, p. 541) repetivit.

Cum codicis F librarius textum ad arbitrium suum totum immutaverit, codici P magis me applicui neque quae apud Surium discrepant adnotare neglexi. Orthographica ea suppressi quae a Fortunato abhorrent.

VII. VITA S. AMANTII.

'Opuscula Fortunato male attributa' pleraque ea tantum causa a Luchio inter eius opera recepta sunt, quod Surius vel quisquis edidit coniectura sua ea ad Fortunatum retulissent. Sed eae opiniones cum aut falsae sint aut certe temerariae, nos in his pro ratione scribendi Fortunatiana traditam in libris retinimus. Itaque hac in re huius voluminis posterioris partis Vitae inter se minime concordant neque debent, cum aliae VI vel VII, aliae X demum saeculo scriptae sint.

Amantii Rutenensis episcopi Vitae scriptorem Fortunatum esse Surius tom. VI, p. 78, primus coniecit: *Vita, inquit, S. Amantii episcopi Rutenensis, cuius authorem necdum reperi. Videtur mihi esse Fortunatus, idque plane sentio. Stylus enim a Fortunati dictione non abhorret. Extat in MS. codicibus. Quem Labbe, Nova Bibliotheca II, 474 secutus est. At solum quod Surius protulit indicium re vera nullum esse, cum sermo a Fortunatiano ita distet, ut de illo auctore ne cogitari quidem possit, iam Luchi contendit. Formae enim loquendi plane poesim sapiunt Vergilianasque et Ovidianas elocutiones Vitae scriptor tot adhibuit, quot in genuinis Fortunati scriptis omnibus vix reperias. Vitam autem ante saec. VIII compositam esse haud putarim.*

Cum codex integer nullus nobis praesto esset, Labbeana editione pro codice usi sumus.

- L *Labbe, Novae bibliothecae manuscript. librorum, tom. II, Parisiis 1657, p. 474 primus Vitam integram publici iuris fecit, quam in Appendice cum*
- M *codice Moyssiacensi contulit. Excierant, inquit, e praelo priores duo Tomi nostrae Bibliothecae MSS. librorum, cum pridem exoptatus Coenobii Moyssiacensis*

codex Tolosa in hanc urbem (Biturigas) delatus venit in manus meas beneficio V. C. Claudii Iolii, Ecclesiae Parisiacensis Canonici, eruditione atque in eruditos omnes humanitate praestantissimi. Moyssiacensis quoque integer erat.

Codex qui sequitur et Suriana editio textum decurtatum continent.

- B Codex Bruxellensis nr. 9289, saec. XI, fol. 74—75. Prologus et miracula desiderantur; complura quoque ex ipsa vita exciderunt. Desinit in verbo: *viventis* (infra p. 60, 29). — Vogel contulit.
- S *Surius, De probatis sanctorum historiis, Coloniae 1575*, VI, 78, eadem edidit quae B continet.
- Luchi* p. 96 (= *Migne LXXXVIII*, p. 513) textum Labbeanum repetivit, quem cum Surio contulit.

Nos postquam L ex B emendavimus, in M incidimus, unde nonnulla quae ex B iam receperamus confirmabantur, ut infra p. 58, 19 *biuges* BM, *bigae hominis illius animalia* L. Dolendum autem est, quod Labbe perpauca tantum ex M appendici inseruit. Libri S ea fere sola adscripsi, quae cum L vel M conveniunt aut a B dissentiunt. Neque vero omnia admittenda esse duxi, in quibus S et L concordant, cum Labbe nonnumquam textum immutatum S retinuisse videatur.

Raynouard, Choix des poésies originales des troubadours, Paris 1817, II, p. CXLVIII fragmenta carminis de beato Amantio saec. XI vel XII versibus rhythmicis linguaque Romana conscripti indicavit.

VIII. VITA S. REMEDII.

De origine Vitae brevis Remedii Remensium episcopi fabulam satis ingeniosam Hincmarus notus falsarius³¹⁾ excogitavit credulisque fidelibus obtulit. Scilicet cum vitam Remedii ipse composuisset et in ea complura posuisset a vetere biographia aliena, ea ut aliqua auctoritate defenderet, 'librum maximae quantitatis manu antiquaria scriptum de ortu ac vita et virtutibus atque obitu beati Remigii' finxit a Fortunato iussu Egidii episcopi in compendium redactum. Quo facto ampliorem illam Vitam ita oblivioni datam esse, ut perpauca tantum folia iniuriam saeculi tulissent. Sed falsarium ipsum audire libet.

*Sicut, inquit*³²⁾, *a senibus etiam aetatis provectae viris religiosis, qui de tempore Tilpini urbis huius praesulis adhuc vivebant, quando in servitium istius sanctae aecclesiae auctore deo fui electus atque provectus, et postea per aliquot annos vixerunt, fidei relatione didici, a suis maioribus audierunt narrari eos vidisse librum maximae quantitatis manu antiquaria scriptum de ortu ac vita et virtutibus atque obitu beati Remigii sanctissimi patroni nostri. Qui hac occasione deperiit, quoniam Egidius post beatum Remigium quartus istius civitatis episcopus quendam virum religiosum nomine Fortunatum metricis versibus insignem, qui a multis potentibus et honorabilibus in his Gallicis et Belgicis regionibus per diversa loca tunc vitae ac scientiae suae merito invitabatur, petiit de eodem libro coturno Gallicano dictato aperto sermone aliqua miracula quae in populo recitarentur excipere,*

31) Cf. Roth, Die Fälschungen Hincmars von Rheims in opere quod inscripsit Geschichte des Beneficialwesens p. 461.

32) Hincmari prol. Vitae Remigii, AA. SS. 1. Oct. I, 131.

quatinus ea sine taedio audire et mente recondere atque per ea ad amorem et honorem atque devotionem dei et ipsius protectoris sui idem populus excitari valeret. Quod et in eadem exceptione lector potest advertere, ubi scriptum est: 'Studeamus pauca disserere; plurima praeterire' (infra p. 65, 8). Et cum ipsa exceptio coepit lectione in populo frequentari et a multis propter brevitatis suae facilitatem transscribi, ipse magnus codex a negligentibus negligentius coepit haberi usque dum tempore Karli principis, quando propter discordiam et contentionem de principatu inter eum et Ragamfredum et frequentia ac civilia immo plus quam civilia quia intestina et parricidalia bella in Germanicis et Belgicis ac Gallicanis provinciis religio christianitatis pene fuit abolita, ita ut episcopis in paucis locis residuis episcopia laicis donata et per eos divisa rebus extiterint; adeo ut Milo quidam tonsura clericus, moribus habitu et actu inreligiosus laicus, episcopia Remorum ac Trevirorum usurpans insimul per quadraginta circiter annos pessumdederit. Cuius infelici tempore de ista Remensi aeclesia non solum pretiosa quaeque ablata fuerunt, sed et aeclesiae atque domus religiosorum destructae et res ab episcopo fuere divisae. Illi quoque pauci qui erant residui clerici negotio victum quaerebant et denarios quos mercimonio conquirebant in cartis et librorum foliis interdum ligabant. Sicque praefatus liber cum aliis partim stillicidio putrefactus, partim soricibus conrosus, partim foliorum absissione divisus, in tantum deperit, ut pauca et dispersa inde folia reperta fuerint.

Qui nuper hac de re scripserunt Schroers, Hinkmar Erzbischof von Reims p. 446 et Schubert, Die Unterwerfung der Alamannen unter die Franken p. 135 sqq., alter historiola accuratius non examinata Fortunati fidem tuebatur, alter negabat. Codicibus adhibitis controversia iam facile diiudicatur. Cum in nullo quem videre licuit libro manu scripto Fortunatus vitae Remedii scriptor laudatus sit, sermo autem tam dissimilis sit, ut de eo auctore ne cogitari quidem possit, relatio fidelis virorum religiosorum propectae aetatis, ad quam Hincmarus provocat, reprobatur. Locus autem quo eum uti modo vidimus ut Vitam brevem ex ampliore excerptam esse probaret, contrarium potius demonstrat, cum verbis: *Studiamus*³³⁾ ergo pauca deserere, plurima praeterire, haec adiecta sint: *nam si tanta virtutum suarum insignia aut ariditas nostri sermonis posset excolere aut memoria retinere, prius habere poterat terminum lux hodierna quam pagina.* Haec Hincmarus caute suppressit, cum auctori anonymo fontes scriptos nullos praesto fuisse probent. Post Hincmarum Flodoardus, Hist. Rem. I, 10 (Script. XIII, 421), Vitam Fortunato poetae his verbis attribuit: *ut Fortunatus quoque poeta noster asserit.*

Est autem Vita Remedii haud multo post mortem sancti composita, cum Gregorio Tur. iam nota fuerit. *Est, inquit*³⁴⁾, *nunc liber vitae eius, qui eum narrat mortuum suscitasse, et in Glor. Conf. c. 78: et oratione sua defunctae cadaver puellae obtinuit suscitari.* Agitur de miraculo quod in Vita c. 6—8 narratum est.

Codices quos Waitz, Archiv XI, 251 recensuit permulti supersunt iique vetusti.

G Codex Parisiensis Latinus nr. 12598, membranaceus formae magnae, saec. VIII, erat Corbeiensis, tunc Sangermanensis (nr. 1045 vel 1040?) monasterii. Initio et fine mutilus eorum tantum sanctorum Vitas continet, qui mensibus Novembre et Decembre coluntur. In medio textu Vitae Martini incipit, fol. 23—25' Vitam Remedii saec. IX/X librarius quidam exemplari nullo adhibito emendavit, cuius emendationis ratio nulla habita est. Fol. 25' ex.

33) Infra p. 65, 8.

34) Hist. Franc. II, 31.

- clausula: *Explicit****** rasa videtur esse. Insunt praeterea Vitae fol. 25' Medardi, fol. 28' Vedasti antiquissima, fol. 49 Servatii, fol. 50 Landiberti. — Waitz contulit.
- D Codex S. Benigni Divionensis, quo Bollandiani usi sunt.
- E Codex Chiffletianus ab iisdem adhibitus.
- C Codex Parisiensis Latinus nr. 5596, olim Colbertinus nr. 5432, membranaceus formae octavae, saec. IX scriptus fol. 1'—7 Vitam Remedii continet, quam librarius posterior ad aliud exemplar (C²) emendavit. Fol. 7 partim laceratum liber Historiae Francorum sequitur (= 1^b). Orthographica quae suppressi sunt haec: *vaesani, flicissimum, deceperet, virtutem, volvetur* (praes.), *volocitate, certatym, victo pro victu, iniquos* (nom.), *adhuliscens, adhuliscente, helimosinis, hos pro os, ostis, contullerit, rapptus, fuise, prolisitate, god.* — Waitz contulit.
- B Codex Bruxellensis nr. 7882, membranaceus saec. XI in. scriptus idem est ac Bollandianorum codex P. Ms. 9, quem 'nostrum' appellant. Corpore enim pro corde, quod infra p. 64, 22 in textum receperunt, in nullo libro nisi in B legitur. — Arndt initium exscripsit.
- W Codex Wirziburgensis Mp. Th. f. 34, membranaceus formae quadratae, saec. X in monasterio Weissenburgensi scriptus (fol. 2' verba *Liber monasterii S. Petri in Wissenburg* adscripta sunt) fol. 36'—40 Vitam Remedii continet, quam V. Goaris praecedat, Nazarii sequitur. Capitum numeri postea additi sunt. — Librum Berolinum benevole transmissum ipse contuli.
- X Codex Bruxellensis nr. 9636—9637, saec. XI scriptus fol. 54 Vitam Remedii continet, quae in verbis: *Det etiam deprecatio eius generaliter in hoc mundo pacis tempora, qui promittit iustis aeterna. Amen* desinit. Sequuntur: *Qualiter obitus sui diem ei dominus revelavit* aliaque e libro Hinemari petita. — Arndt codicem inspexit.

Inter codices cum GC et aetate emineant et nullo vinculo inter se coniungantur, consensu eorum res decisa est. Vbi inter utrumque disceptandum erat, quamquam G pluris aestimavi, quippe qui verum nonnumquam solus servaverit, ut infra p. 65, 6 *exeri*, tamen non omnia quae in eo contra grammaticam peccant admittenda esse duxi (ut praes. *desistet, petetur*, nom. *antiquos, facinos, tranquilla, sollemnitatis*), praesertim cum hic illic textus G sine dubio temere mutatus sit. Exempli gratia contra auctoritatem reliquorum librorum saepissime pro Remedio *ille* scripsit. DE consentientes pessime depravati sunt; E nonnumquam cum C convenit. Codices C¹B eodem loco hiant (cf. infra p. 66, 2); alias C¹ cum W convenit, dum C² infra p. 66, 9 cum E verba *nomine benedictus* supplet.

Mombritius, Sanctuarium, Mediolani (1475?), II, 240 editionem principem ad codicem C similem recensuit.

Surius, De probatis sanctorum historiis, Coloniae 1574, V, 489, textum Mombritianum nonnullis locis mutavit.

Bollandiani, Acta sanctorum, Antverpiae 1765, 1. Oct. I, 128 codicibus DEB usi, textum magis corruperunt quam emendaverunt.

Ghesquière, Acta sanctorum Belgii, Bruxellis 1785, I, 501 et *Luchi* p. 113 (= *Migne LXXXVIII*, p. 527) textum Bollandianorum repetiverunt.

IX. VITA S. MEDARDI.

Vita S. Medardi Veromandensis episcopi quo iure Fortunato attribuitur, quaeritur. Codici vetustissimo Monacensi clausula subiecta est haecce: *Fortunatus praesbiter composuit haec vita vel actus sancti Medardi*, quam Fortunati carmen II, 16 quod est de sancto Medardo sequitur. Huc accedit, quod Suessionensis quidam saec. IX (AA. SS. 8. Iun. II, 82) Vitam Medardi a Fortunato conditam esse his verbis testatur: *Fortunatus natione Italus presbyter Ravennensis suo tempore eruditissimus ex Ravenna progrediens, Galliarum fines peregre adiens, Pictavensi rure commodam sibi delegit habere stationem — — —. Denique rogatus ab eodem venerabili pontifice [Gregorio scilicet Tur.] edidit perplura opuscula maxime metro ludens de vita et virtutibus sanctorum, inter quae et vitam gloriosi et cum omni reverentia nominandi domini nostri Medardi succincte quidem tam prosa quam versibus sed tamen luculento sermone perstrinxit. Idem alter monachus Suessionensis tradidit (du Bois, Bibl. Floriac. p. 150): eiusdem, inquit, patris vitam metro et artissima edidit oratione Fortunatus. Propter haec testimonia cum plerique Vitam Medardi a Fortunato compositam esse contendunt, mihi quaestionem iterum tractanti res aliter se habere videtur. Fortunati carmen II, 16 si cum Vita comparaveris, intelleges complura ibi fusius relata hic tantummodo perstringi, ut compedibus vincti, debiles, caeci in Vita § 33—35 versus paucos occupant, in carmine II, 16, 77—156 multis verbis enarrantur. In sepultura sancti quod Fortunatus caecum, Vitae scriptor surdum sanatum esse asseruit:*

Fortun. carm. II, 16, 67.

*cum pia composito veherentur membra
feretro,
substratus meruit caecus habere diem.*

Vita c. 13.

*tunc obviam habuit sancto damnatis aurium
dudum auditibus surdus quidam occurrens.*

explicari vix posset, si unus idemque utrumque scripsisset. Insunt quidem in Vita complura quae in carmine non reperiuntur, sed ipso scriptor Vitae iam usus est:

Fortun. carm. II, 16, 161.

*en tua templa colit nimio Sigebertus
amore,
insistens operi promptus amore tui.
culmina custodi qui templum in culmine duxit,
protege pro meritis qui tibi tecta dedit.*

Vita c. 15.

*et clementissimi Sigeberti quondam regis
sempiternam requiem praestare dignaretur,
quatenus qui templi eius spatia devotus
extendens ad excelsa fastigii tigmata
sumptuoso decore perduxit, eodem intercedente,
servato culmine regii deadematis,
praetendantur scepra regiae potestatis.*

Lectionem *requiem prestare pro culmina custodi* e Ba Leo attulit neque aliud hagiographus in codice carminum quo usus est reperisse videtur. Est autem Ba pessime depravatus atque interpolatus. Idem carminis textus in vetustissimo Monacensi Vitam sequitur, unde eo magis intellegitur, ipsum a scriptore Vitae adhibitum esse. Clausulae autem, in qua Fortunatus presbyter 'haec vita vel actus sancti Medardi' composuisse dicitur, cave ne nimium tribuas: auctor enim ex ultimis Fortunati versibus eam transcripsit:

*haec, pie, pauca ferens ego Fortunatus amore
auxilium posco: da mihi vota, precor.*

Accedit aliud argumentum non spernendum. *Cuius, inquit*³⁵⁾, *piam maiestatem fuis indeseinenter praecibus exoremus, ut clementissimi Theodoberti regis nostri felicitatem crebris successibus dilatatam vel in externis gentibus iusto dominandi iure procul extensam pro sua pietate longaevet.* Theodobertus II, quo regnante Vita Medardi condita est, a. 595—612 regnum tenuit; exterae autem gentes, quas debellavit, Vascones sunt superati a. demum 602; cf. Fredegarii chron. c. 21. Vita igitur saec. VII in scripta est, sed Fortunatum haec tempora vidi^sse neque e scriptis eiusdem neque aliunde probari potest. Quare cum Luchius p. 121 'postrema illa verba, quibus vota pro Regibus continentur, malit credere, a quopiam adiecta fuisse Vitae', nos praeter ea inesse in vita plura quae alium ac Fortunatum scriptorem prodant iam demonstravimus.

Sermone Vita scripta est tam barbaro, ut poetae elegantissimo vel ob eam causam abiudicanda sit. Epitheta quoque ornantia, quae regibus in Vita (c. XII *praecellentissimi*, c. XV *clementissimi* bis) tribuuntur, a Fortunati consuetudine abhorrent.

Neque tamen negem, vetustiore Medardi Vitam saeculo VI extitisse. Cuius rei Gregorius Tur. in Gloria Conf. c. 93 gravis testis est: *Medardus, inquit, gloriosus confessor iuxta urbem Sessionas quiescit, ad cuius sepulchrum saepe conpedes miserorum confectos asperimus. Post scriptum de mirabilibus eius librum mulier manu debilis devote expetiit beati praesidia sacerdotis.* Idem miraculum Fortunatus carm. II, 16, 105—122 retulit, quos versus Vitae scriptor c. 14 ita excerptis: *Multos igitur promiscui sexus, quos membrorum debilitas miseranda contraxerat, usibus restitutis, virtus medica indiscrete solvebat.*

Librum quem Gregorius novit de mirabilibus sancti Medardi ante a. 593, quo Turonensis obiit, compositum esse necesse est, cum quae exstat Vita Medardi post a. demum 602 scripta sit. Neque auctor huius libri miraculum illud compertum habuerat, quod et Fortunato et Gregorio notum erat. Cum autem Vita complura contineat non ex carmine desumpta, verisimile est, scriptori quoque illius librum de mirabilibus Medardi praesto fuisse. Is autem utrum Fortunati fuerit annon quaestio inanis est.

Inter codices reliquis praestat

M Monacensis³⁶⁾ Latinus nr. 3514, formae oblongae, pag. 306, olim Augustae civ. nr. 14, saec. VII litteris uncialibus scriptus, sed folia prima ultimaque saec. IX/X demum suppleta sunt. Idem est ac codex Velseri, quo Bollandiani, AA. SS. 8. Iun. II, 72 usi sunt. Tegumento enim interiori haec inscripta sunt: *27. die Feb. an. 1608. Marcus Velserus hunc codicem Augusta Antverpam mittit R^{do} domino P. Heriberto Rosweido Societatis Iesu sacerdoti utendum hac lege, ut via Francofortensi Augustam remittatur, vel nundinis proximis autumnalibus, vel certe sequentibus vernalibus.* Pag. 232—239 Vita Medardi, cuius textus folio exciso a c. I *per(spicuum)* ad c. III *ui(ciorum)* hiat, pag. 239—244 Fortunati carmen II, 16 occupat. Sermonem rusticum manus posterior emendare conatus est. — Vitam a Jacobi iam collatam et carmen cum codice Berolinum benevole transmissio contendi.

35) Vita Medardi § 37.

36) De quo v. Mon. Germ. SS. rer. Meroving. I, p. 878.

- N Codex Namurensis bibliothecae publicae nr. 53, saec. XII, fol. 1 Vitam Medardi continet, sed initium ad cap. 3 med. et extremum caput desiderantur. Vitae clausula subiecta est: *Fortunatus presbyter composuit hanc vitam vel actus sancti Medardi episcopi*; cf. *Analecta Bollandiana* I, 512. Codex ex M exscriptus videtur esse.
- Q Codex Parisiensis Latinus nr. 12598, olim Sangermanensis nr. 1045, saec. VIII, de quo in Vita Remedii (G) disserui, fol. 25'—28' Vitam Medardi continet. Librarius textum ad arbitrium suum mutavit et admodum decurtavit. — A. Schoene codicem contulit.
- B Codex Bruxellensis³⁷⁾ nr. 9637, saec. XII, fol. 205 textum eundem Vitae Medardi continet ac M, sed pessime depravatum. — Arndt contulit.
- P Codex Parisiensis Latinus nr. 13345, olim Sangermanensis nr. 860, saec. XIII, post Vitam Gregorii papae urbis Romae fol. 131'—135 textum vulgatum Vitae Medardi continet. — A. Schoene contulit.
- R Codex Parisiensis Latinus nr. 5301, olim S. Martialis Lemovicensis, saec. X, fol. 82—85 textum eundem ac P continet, quocum ad litteram fere convenit. Vitam passio sanctorum Gervasii et Protasii martyrum excipit. — Molinier contulit.
- I Codex Illerdensis saec. XIV Vitam Medardi continet in tres lectiones divisam, sed iam in verbis *triumphalis ascendit* (infra p. 71, 12) desinit. De quo vide Villanueva, *Viage literario a las iglesias de España*. Madritae 1851, tom. XV, p. 313.

Vitam antiquam S. Medardi rustico sermone conscriptam Radbodus Noviomensis, quem secundum huius nominis († 1048) fuisse putant, recognosci iussit. Quod multo recentioris aevi opusculum pro Fortunati fetu vendidit

Surius, De probatis sanctorum historiis, Coloniae 1572, III, 553. Neque textum, quem *du Bois, Floriacensis vet. bibliotheca (1605)* II, 111 edendum curavit, saeculo XIII antiquiorem esse, Bollandiani censuerunt. Genuinam autem S. Medardi Vitam publici iuris fecerunt hi:

d'Achery, Veterum aliquot scriptorum spicilegium, Parisiis 1668, VIII, 391 (ed. altera II, 71) codicibus S. Germani a Pratis, Claudii Ioly canon. Paris., domini d'Herouval, Corbeiensi et Resbacensi usus est, e quibus Herovallianus in verbis *Explicit Vita S. Medardi Episcopi a Fortunato Presbytero composita* (= M), Corbeiensis et Resbacensis in iisdem verbis quae infra p. 73, 6 e PR exscripti desinebant. Quam margini adscripsit discrepantiam 'al. Ms.', ea partim cum M (ut *fuco varicante*, p. 69, 1), partim cum B (ut *porcorum post gregem add.*, p. 68, 12) convenit.

Bollandiani, Acta sanctorum, Antverpiae 1698, Iun. II, 79 pretiosissimum manuscriptum Velseri (M) et complures codices deteriores adhibuerunt, id est Audomaripolitanum, Belfortii, Caesaris insulae, cui cap. 14. 15 deerant, S. Maximini Treverensis, cui cap. 7 (= Q) deerat, Noviomensem.

Ghesquière, Acta sanctorum Belgii selecta, Bruxellis 1784, II, 125, et *Luchi* p. 122 (= *Migne LXXXVIII*, p. 533) Bollandianorum editionem repetiverunt, quam hic commentario instruxit.

Particulas *Duchesne, Historiae Francorum scriptores coetanei, Parisiis 1636*, I, 545 et *Bouquet, Recueil des historiens des Gaules, Parisiis 1741*, III, 451 (e *Dacherio*) ediderunt.

37) Cf. *Neues Archiv* II, p. 257.

Codicum duo genera distinguuntur, quorum alteri libros MNQB, alteri PR tribui. N ex ipso M forte exscriptum esse, iam supra dixi; item Q et B cum M conveniunt, ut infra p. 70, 7 *incesti vomens* M, *ingesta evomens* Q pro *ingenti vomens*, p. 70, 4 *servata* MB pro *serata*, p. 69, 19 *ditante sopore* M, *ditante soporem* Q, *ditantes sapore* B pro *ditantes opere*. Neque vero Q neque B ex M fluxit, quippe qui infra p. 72, 6 solus hiet. Codicem B pessime depravatum atque interpolatum, cum bonae frugis nihil habeat, non curavi, nisi quod locum qui in M desideratur cum eo contuli. Inter M et Q vix disceptandum erat, cum M et antiquitate praestet et multo accuratius scriptus sit. Qui restant libri PR textum vulgatum continent, scilicet male expolitum. Ibi Medardi pater Nectardus, mater Protagia appellatur, quin immo finis libelli totus diversus est. Neque vero id codicum genus plane neglegendum erat, cum locis nonnullis MQB manifesto corrupti essent. Ex R perpauca tantum exscripsi, cum schedae Parisienses, postquam plagulae typis iam expressae sunt, mihi offerrentur. Itaque in notis textui subiectis post litteram P semper R addas. Rationem autem scribendi vetustissimi codicis M secutus sum, quippe quae ab usu saeculi VII in. haud multum distet.

X. VITA S. LEOBINI.

Vitam Leobini Carnotensis episcopi ut Fortunato tribueret, ea sola, opinor, causa Valesius commotus est, quod sermo Fortunatiani 'non plane absimilis videtur'; in libris autem manu scriptis auctor nullus laudatur. Itaque iam scriptores historiae litt. Franco-gallicae III, 357 reiecta Valesii coniectura non satis fundata Vitae scriptorem Carnotensi ecclesiae adscriptum fuisse probabiliter coniecerunt. Cum capita nonnulla (infra p. 75—77) cum Vita Aviti Miciacensis abbatis conveniant, Bollandiani utramque ab eodem scriptum esse statuerunt. Equidem nullus dubito, quin scriptor Vitae Aviti, quem ferme coevum fuisse Bollandiani male crediderunt, ex Vita Leobini hauserit, ut Gregorii quoque libro in Gloria Conf. c. 97 usus est.

- P Codex Parisiensis Latinus nr. 5280, fol. 145—151, saec. XII Vitam Leobini integram continet, quam Vita Focae sequitur. — Molinier contulit.
 Q Codex Parisiensis Latinus nr. 15437, fol. 178—180', saec. XI, textum mutilum continet, cum cap. 10. 11. 17. 18. 20—23 desiderentur. — A. Schoene contulit.

Praeterea codices Carnotenses nr. 150 et 193, saec. XI in Archiv VIII, p. 388 sq. et Parisiensis bibliothecae Arsenal nr. 43 in Archiv VIII, p. 358 commemorantur.

Duchesne, Historiae Francorum scriptores coetanei, Parisiis 1656, I, 537 locos quosdam 'ex Vita Ms. sancti Leobini episcopi Carnotensis' edidit. Codice integro ut P usus est.

Labbe, Nova bibliotheca manuscriptorum, Parisiis 1657, II, 582 primus Vitam integram publici iuris fecit.

Bollandus, Acta sanctorum, Antverpiae 1668, Mart. II, 350, 'ex vetustis mss. erutam ab Andrea du Chesne', qui illi schedas suas transmiserat, Vitam edidit.

Mabillon, Acta sanctorum ordinis S. Benedicti, Parisiis 1668, Saec. I, 123 ad codices Vindocinensem et Conchensem textum recensuit.

Bouquet, Recueil des historiens des Gaules, Parisiis 1741, III, p. 430 particulas a Chesnio collectas, Luchii p. 140 (= Migne LXXXVIII, p. 549) Mabillonii editionem repetivit.

Librum P ut meliorem fere ubique anteposuimus.

XI. VITA S. MAVRILII.

Vitam Maurilii Andegavorum episcopi a. 36 Chlotharii, i. e. 619/620 p. Chr., Magnobodus eiusdem ecclesiae episcopus composuit atque praefationem praemisit, quam a Paulo Ewald e codice Escorialensi III & 26 exscriptam his prolegomenis inserendam esse duxi³⁸⁾:

INCIPIT PRAEFATIO VITAE SANCTI MAVRILII EPISCOPI.

In Christi nomine ego Magnobodus episcopus ac si peccator ecclesiae Andecavae secundum titulos Iusti presbyteri vitam sancti Maurilii episcopi et confessoris, ut rusticitas mea compos fuit, simpliciter planeque quantum potui explicavi in anno decimo ordinationis suae et in anno XXX^{mo} VI^o principis nostri domni Clotharii regis filii Chilperici regis cum felicitate paterna et amore paterno.

EXPLICIT PRAEFATIO

Magnobodi opusculum Archanaldus diaconus iussu Rainonis Andegavorum episcopi a. 905 retractans fraude Fortunatum pro scriptore Vitae vendidit. Nam cum Renati ficticii eiusdem ecclesiae episcopi historiolum Magnobodus non habeat, Archanaldus de suo eam adiecit, his verbis praemissis: *licet, inquit*³⁹⁾, *illud miraculum beatus Fortunatus propter minus credentes omiserit, immo quia verum est et res digna memoria, non tacebimus, et infra (p. 92, 19): Quantum vero miraculum super eundem puerum post septimum depositionis ipsius annum per pretiosissimum antistitem suum Maurilium dominus operari dignatus est, quanquam uti iam diximus illud Fortunatus omiserit, nos tamen minime reticebimus. Miraculum aliud quod scriptor testatus est a Fortunato relatum esse (p. 95, 4: quod et Fortunatus edidit adnectemus), vere sumpsit ex libello Magnobodi e. 16. Vitam ab Archanaldo conscriptam epistola 'Gregorii Turonicae metropolis humilis episcopi' Germano Parisiorum episcopo data praecedat, in qua Gregorius ille tradit Germanum a se expetivisse, ut Vitas Maurilii atque Albini, 'quas Fortunatus presbyter luculento sermone descripserat, scriptorum vitiis iam paene depravatas' corrigeret. Vnde post Trithemium Surius, Vitae sanctorum (1574) V, 196, Vitam Maurilii a Fortunato compositam esse opinatus est: *Vita, inquit, S. Maurilii Episcopi Andegavensis, cuius Authorem duo ms. codices non habebant sed cum constet ex Trithemio, Fortunatum eius beati viri vitam scripsisse, et stylus consentiat, Fortunatum esse Authorem, non facile quisquam negaverit. Hanc vanam opinionem, cui Vossius, De historicis Latinis Lugd. Batav. 1651, p. 250, accessit, primus J. Delaunoy, ut erat homo acutissimus, gravissimis argumentis in opusculo confutavit, quod ita inscripsit: Dissertatio duplex: Vna continens iudicium de Auctore vitae Sancti Maurilii Andegavensis**

38) Bollandiani in Actis sanctorum 13. Sept. IV, 72 'ex impressis' Vitam a Magnobodo compositam ediderunt.

39) Infra p. 87, 25.

Episcopi, ex MS. Andegavensi erutae. Altera Renati Andegavensis Episcopi historiam attingens. Editio secunda auctior et qua passim cuidam pro S. Renato Apologiae respondetur. Parisiis 1650. Postquam prologum Pseudo-Gregorii, quem e codice V. Cl. Claud. Menardi primus publici iuris fecit, fictum esse demonstravit, Vitam ipsam, in qua Gregorii Magni homilia (cf. infra p. 93, 2) laudatur, esse opus Rainonis vel Archanaldi non sine ratione coniecit, 'qui Vitam sub nomine Gregorii digesserunt et a maioribus acceptam interpolaverunt et ea quae Magnobodus non habet addiderunt'. Fraudes ex verbis indicii capitum subiectis (cf. infra p. 84, 23) iam facile deprehenduntur. Saeculo XII Marbodius Redonensis episcopus († 1123) Vitam oratione poetica enarravit.

Cum Archanaldi tantum libellus cum Fortunati nomine aliquo vinculo coniunctus sit, hunc solum edendum curavimus. Codicibus autem quibus usi sumus sunt hi:

- G Codex Parisiensis Latinus nr. 12600, olim Sangermanensis nr. 1044, saec. XI, fol. 49 Vitam Maurilii continet. Rainonis vel Archanaldi testimonium indicii capitum subiectum notae Tironianae sequuntur haec:

ϣ I W^I G₂ h v z h²

Molinier contulit.

- P Codex Parisiensis Latinus nr. 13758, olim Sangermanensis nr. 1049, saec. XI, fol. 116 Vitam Maurilii continet. Liber, quem circa a. 1070 scriptum esse Delisle, Cabinet des manuscrits III, p. 283 docuit, verba quoque Rainonis vel Archanaldi exhibet, sed prologum praecedunt. Est idem codex S. Germani a Pratis, unde Ruinart, Gregorii Tur. Opera, Praef. nr. 80 lectionem XXXV pro XXXIII (infra p. 84, 24) eruit. — Molinier contulit.
- R Codex Vaticanus bibliothecae reginae Christinae nr. 465 inter cetera Vitas Maurilii et Albini continet. — Mau initium et finem contulit.
- A Codex Andegavensis, de quo Delaunoy l. l. p. 1: *Exstat Andegavi penes V. Cl. Claud. Menardum manuscripta quaedam S. Maurilii vita, quae Gregorio Turo-nensi Episcopo tribuitur.*
- V Codex Vindocinensis monasterii Ruinartio (Praef. nr. 80) teste ab annis 600 circiter exaratus.

Libri GP iisdem mendis laborant, ut in indice et totus titulus XX in utroque desideratur et alii loci (cf. p. 84, 8) pari corruptela laborant, sed cum G paulo accuratius quam P scriptus sit, illum anteposui.

Vita Maurilii saepius edita est, sed textu in plurisque editionibus quam maxime decurtato atque depravato.

Mombritius, Sanctuarium, Mediolani (1475?), II, p. 150 prologo et indice capitum omissis Vitam decurtatam edidit, sed textus Suriano emendatior est.

Surius, Vitae sanctorum, Coloniae 1574, V, 196, item prologum indicemque absceidit, praeterea textum totum immutavit.

Ruinart, Gregorii Tur. Opera, Parisiis 1699, p. 1281 epistolam Pseudo-Gregorii edendam curavit.

Luchi p. 156 (= *Migne LXXXVIII,* p. 563) Surianam editionem repetivit, commentarioque instruxit.

Bordier, Les livres des miracles et autres opuscules de Georges Florent Grégoire, Paris 1864, tom. IV primus Vitam integram cum prologo publici iuris fecit, sed testimonium Rainonis vel Archanaldi desideratur. Indice praetermisso singulis capitibus titulos inscripsit. Codice P usus videtur esse, cum infra p. 97, 31 subvectio pro subvectione scripserit, sed ne manifesta quidem menda sustulit ut eo adunare pro coadunare.

XII. PASSIO SS. DIONYSII, RVSTICI ET ELEVThERII.

Passionem Dionysii, Rustici et Eleutherii ut a Fortunato conditam esse coniceret, Valesius epistola Petri de Marca inductus est, quam ante ecclesiasticam Eusebii historiam imprimendam curavit. Is enim nomen scriptoris e codice quodam Turonensi eruisse sibi visus erat. *Nomen, inquit, auctoris illius Vitae deprehendi in codice MS. Turonensis ecclesiae, qui complectitur Vitas Sanctorum aliquot a Fortunato descriptas et inter ceteras, Dionysii Parisiensis illam.* Quem hac in re falli quaestione accuratius examinata Delaunoy probavit, cuius argumentis Bollandiani quoque accesserunt. Luchi autem rem in dubio reliquit.

In codicibus manu scriptis quibus usus sum scriptor nullus laudatur. Sunt autem hi:

- P Codex Petropolitanus F. Otd. I, nr. 12, idem qui Vitam Germani continet, fol. 63—69 Passionem saec. IX scriptam exhibet. Erat Petri Dubrowsky. — W. Arndt a. 1866 contulit.
- Q Codex Parisiensis Latinus nr. 5301, saec. X, fol. 213—216 eandem Passionem continet, cuius primos et ultimos versus Leo contulit.
- M Codex Monacensis Latinus nr. 4585, olim Benedictoburanus nr. 85, saec. IX—XI, fol. 55—58' prologum non habet. — Jacobi contulit.
- N Codex Parisiensis Latinus nr. 5308, saec. XIII, fol. 163—164 item prologo caret. — Leo codicem inspexit.

PM iisdem mendis inquinati sunt, ut infra p. 104, 21 verba *mente monstrabat et opere* in utroque desiderantur; sed P prae M praestat, quippe qui Catullae nomen (infra p. 104, 20) solus servaverit testimonio Symeonis Metaphrastis (Migne, Patrol. Graeca IV, p. 605) confirmatum: ὄνομα Κατούλα τῆ γυναικί. Rationem scribendi eam admisi, quam P praebuit.

Bosquetus, Gallicanae ecclesiae historia 1656, II, p. 68 passionem e quinque codicibus edidit.

Félibien, Histoire de l'abbaye royale de Saint-Denis en France, Paris 1706, p. 163 passionem ad codicem Cl. Iolii recensuit.

Bollandiani, Acta sanctorum, Antverpiae 1780, Oct. IV, p. 925 editionem Felibianam repetiverunt.

Luchi p. 175 (= Migne LXXXVIII, p. 577) Bosquetianam iteravit, quam notis illustravit.

XIII. SYMBOLVM ATHANASIANVM.

Symbolum Athanasianum a Fortunato compositum esse solus Muratorius, Anecdota Latina II, p. 222 coniecit temere, ut ait symbolorum peritissimus vir Koellnerus, Symbolik der lutherischen Kirche I, p. 82. Nihilominus nos Luchii exemplum secuti

Symbolum inter Fortunati opera recepimus neque vero alium codicem adhibuimus praeter Bobiensem Muratorii.

- A Codex Ambrosianus O. 212 Sup. membranaceus, formae octavae, saec. VIII, fol. 14—15 Symbolum quod dicitur Athanasianum continet; cf. Reifferscheid, Bibliotheca patrum Latinorum p. 37. Librum Muratorius l. l. p. 224 his verbis descripsit: *nos in Ambrosiana Bibliotheca non minoris praestantiae Codicem MS. servamus e celebri Bibliotheca Bobiensi in nostram illatum, in quo Symbolum legas omni tamen inscriptione destitutum. Codicem summa liberalitate neque sine bono fructu — inter alia verba enim p. 106, 9 resurgere habent in corporibus suis et a Muratorio praetermissa e codice addere potuimus — petentibus nobis Ceriani v. cl. bibliothecae praefectus contulit.*

Symbolum Athanasianum cum centies editum sit, nos Muratorianam tantum editionem laudamus:

- Muratori, Anecdota ex Ambrosianae bibliothecae codicibus nunc primum erula, Mediolani 1698, II, 225, quam Luchi p. 184 (= Migne LXXXVIII, p. 585) repetivit. Reliquas qui scire vult legat libros praestantissimos:*
Hahn, Bibliothek der Symbole und Glaubensregeln der alten Kirche, Breslau 1877 (ed. alt.),
Schaff, The creeds of christendom, New York 1877, II, 66.

XIV. EXPOSITIO FIDEI CATHOLICAE.

Expositionem fidei catholicae Muratorius, Ambrosiani codicis testimonio nisus inscripti: *Item expositio fidei catholicae Fortunati*, Fortunato tribuit. Cum autem in codice fol. 26' genuina Fortunati expositio symboli apostolici (Fortunati Opera I, p. 253) praecedat: *Incipit expositio a Fortunato presbitero conscripta*, facile fieri potest, ut e coniectura tantum librarius hanc quoque fidei catholicae expositionem Fortunati nomine ornaverit. Luchi sane hoc opusculum a Fortunato abiudicavit: *quorum*⁴⁰⁾, inquit, *sententiae ut meam adiungam, facit stylus nitidior et cultior, quae in illa Exposit. apparet, quam qui fere erat familiaris Fortunato.* Gieseler quoque, Kirchengeschichte II § 12, quaestione dogmatica examinata, expositionem post Fortunatum conscriptam esse statuit, propterea quod auctor de Symbolo Athanasiano quasi ab universa iam ecclesia recepto egit et verba filioque defendere conatus est. Vnum constat, Expositionem ante a. 799 elaboratam esse, quo sextum mundi miliarium impletum est⁴¹⁾; cf. infra p. 109, 1: *id est in isto sexto miliario, in quo nunc sumus.*

E libris manu scriptis quos novimus unus integer est

- A Codex Ambrosianus M. 79 Sup. (olim Q. 98) saec. XI/XII, qui inter cetera haec continet: fol. 26'—28' Expositionem Symboli, quam Leo, Fortunati Opp. I, p. 253 edidit, fol. 28'—29 *Item alia expositio simb. Symbolum grece latine inditum — fideliter sive firmiter*, fol. 29—30 *Item alia expositio symboli. Tradunt maiores nostri — ad vitam aeternam per Iesum Christum dominum nostrum*, fol. 30' *Expositio orationis dominicae. Dominus noster qui orantes*

40) Auctorum scil. hist. litt. Francogallicae, sed locum non reperi.

41) Cf. Neues Archiv IX, p. 136.

se exaudire consuevit — amorem proximi docent, fol. 32 Item alia expositio. Pater noster qui es in caelis — servitute mea. Item alia expositio. Oratio dominica dicitur — cum illo mereamur esse, fol. 33 Expositio fidei catholicae. Quicumque homo vult salvus esse, ante omnia id est super omnia opus est, fol. 36. Expositionem de qua agimus. — Waitz contulit.

- M Codex Monacensis Latinus nr. 19417, olim Tegernseensis nr. 1417, saec. IX, formae octavae, fol. 14—24' textum Expositionis decurtatum continet. Fortunati nomen hic libellus non habet. — Jacobi contulit.
- F Codex Florentinus bibliothecae Soc. Iesu, chartaceus, saec. XIV, quem F. A. Zachariae, *Excursus litterarii per Italiam Vol. I, p. 307, Venetiis 1754*, contulit, textum eundem ac M exhibet.

Quamquam MF iisdem mendis inquinati sunt eodemque modo hiant, tamen nonnullis locis ita praestant, ut a codice A recedendum mihi esset; cf. infra p. 107, 34. 109, 1. Qua in re cum Zacharia convenio, qui de codice F (ad p. 109, 1) haec scripsit: *Omittit noster Codex, nec iniuria; glossema enim videtur inepte in gravem hanc fidei expositionem intrusum. Addit porro haec, quae in Muratoriano exemplo desiderantur.*

Expositio fidei catholicae ter edita est.

Muratori, Anecdota ex Ambrosianae bibliothecae codicibus nunc primum eruta, Mediolani 1698, II, p. 212 codice A usus est.

Waterland, A critical history of the Athanasian creed, Cambridge 1728 (ed. alt.), p. 297 Muratoriana editione et codice Oxoniensi e bibliotheca Francisci Iunii, saec. X scripto, usus est. Is eiusdem generis ac MF erat, cum infra p. 106, 15, pro verbis quam — Christi scripta essent: Fides dicitur credulitas sive credentia.

Luchi p. 186 (= Migne LXXXVIII, p. 585) textum Muratorianum repetivit, quem cum Zacharia (F) contulit.

Denique huic volumini indices duo adiecti sunt historicus et geographicus ad utrumque volumen pervenientes.

Berolini VIII kal. Feb. 1885.

Bruno Krusch.

INDEX LIBRORVM

adhibitorum ad Vitam Hilarii:

- G* cod. Sangallensis nr. 567 (prooem. p. VII).
H cod. Sangallensis nr. 577 (prooem. p. VII).
B cod. Bruxellensis nr. 7668 (prooem. p. VII).
V cod. Vaticanus nr. 1197 (prooem. p. VII).
A cod. Vaticanus nr. 1193 (prooem. p. VII).
X cod. Bruxellensis nr. 7802 (prooem. p. VII).
Y cod. Compendiensis (prooem. p. VIII).
Z codd. Ottonianus, S. Germani, Colbertinus (prooem. p. VIII).

adhibitorum ad Vitam Germani:

- P* cod. Petropolitanus F. Otd. I, nr. 12 (prooem. p. IX).
Q cod. Parisiensis lat. nr. 5365 (prooem. p. IX).
G cod. Parisiensis lat. S. Germani nr. 507 (prooem. p. IX).
H cod. Parisiensis lat. nr. 3801 (prooem. p. IX).
I cod. Parisiensis lat. nr. 5296 (prooem. p. IX).
K cod. Parisiensis lat. nr. 5568 (prooem. p. X).
L cod. Parisiensis lat. S. Germani nr. 1049² (prooem. p. X).
X cod. Bonifontis (prooem. p. X).

adhibitorum ad Vitam Albini:

- E* cod. Escorialensis & III nr. 26 (prooem. p. XIII).
V cod. Vaticanus reg. Christ. nr. 465 (prooem. p. XV).
P codd. Parisiensis lat. nr. 3788, 5280, 5318, 5324 (prooem. p. XV).
X cod. S. Audomari (prooem. p. XV).
Y cod. S. Maximini Treverensis (prooem. p. XV).

adhibitorum ad Vitam Paterni:

- P* cod. Parisiensis lat. nr. 5666 (prooem. p. XV).
R cod. Vaticanus reg. Christ. (prooem. p. XV).
X cod. Divionensis (prooem. p. XVI).
V cod. Treverensis (prooem. p. XVI).
Y cod. Bodecensis (prooem. p. XVI).
Z cod. Rotomagensis (prooem. p. XVI).
*Mab.*¹ ed. Mabillonii prior (prooem. p. XVI).
*Mab.*² ed. Mabillonii posterior (prooem. p. XVI).

adhibitorum ad Vitam Radegundis:

- P* cod. Parisiensis lat. nr. 5275 (prooem. p. XVII).
M cod. Monacensis lat. nr. 3810 (prooem. p. XVII).
G cod. Parisiensis lat. nr. 13761 (prooem. p. XVII).
L cod. Londoniensis Mus. Britann. nr. 11880 (prooem. p. XVII).
E cod. Monacensis lat. nr. 14095 (prooem. p. XVII).
W cod. Monacensis lat. nr. 22242 (prooem. p. XVII).
Q cod. Parisiensis lat. nr. 9742 (prooem. p. XVII).
T cod. Trecensis nr. 1248 (prooem. p. XVII).
H cod. Londoniensis Mus. Britann. Harlei. nr. 649 (prooem. p. XVIII).
*X*¹ cod. Parisiensis lat. nr. 5351 (prooem. p. XVIII).
*X*² cod. Parisiensis lat. nr. 16734 (prooem. p. XVIII).
*Y*¹ cod. Parisiensis lat. nr. 5343 (prooem. p. XVIII).
*Y*² cod. Parisiensis lat. nr. 17005 (prooem. p. XVIII).
Z cod. Parisiensis lat. nr. 5323 (prooem. p. XVIII).

adhibitorum ad Vitam Marcelli:

- P* cod. Parisiensis lat. nr. 5275 (prooem. p. XXI).
F cod. Farfensis (Vict. Eman.) F (prooem. p. XXI).
M cod. Parisiensis lat. nr. 11552 (prooem. p. XXI).

adhibitorum ad Vitam Amantii:

- L* ed. Labbeana (prooem. p. XXI).
M cod. Moyssiensis (prooem. p. XXI).
B cod. Bruxellensis nr. 9289 (prooem. p. XXII).
S ed. Suriana (prooem. p. XXII).

adhibitorum ad Vitam Remedii:

- G* cod. Parisiensis lat. nr. 12598 (prooem. p. XXIII).
D cod. Divionensis (prooem. p. XXIV).
E cod. Chiffletianus (prooem. p. XXIV).
C cod. Parisiensis lat. nr. 5596 (prooem. p. XXIV).
B cod. Bruxellensis nr. 7882 (prooem. p. XXIV).
W cod. Wirzburgensis Mp. Th. f. 34 (prooem. p. XXIV).
X cod. Bruxellensis nr. 9636—9637 (prooem. p. XXIV).

adhibitorum ad Vitam Medardi:

- M* cod. Monacensis lat. nr. 3514 (prooem. p. XXVI).
N cod. Namurensis nr. 53 (prooem. p. XXVII).
Q cod. Parisiensis lat. nr. 12598 (prooem. p. XXVII).
B cod. Bruxellensis nr. 9637 (prooem. p. XXVII).
P cod. Parisiensis lat. nr. 13345 (prooem. p. XXVII).
R cod. Parisiensis lat. nr. 5301 (prooem. p. XXVII).
I cod. Illerdensis (prooem. p. XXVII).

adhibitorum ad Vitam Leobini:

- P* cod. Parisiensis lat. nr. 5280 (prooem. p. XXVIII).
Q cod. Parisiensis lat. nr. 15437 (prooem. p. XXVIII).

adhibitorum ad Vitam Maurilii:

- G* cod. Parisiensis lat. nr. 12600 (prooem. p. XXX).
P cod. Parisiensis lat. nr. 13758 (prooem. p. XXX).
R cod. Vaticanus reg. Christ. nr. 465 (prooem. p. XXX).
A cod. Andegavensis (prooem. p. XXX).
V cod. Vindocinensis (prooem. p. XXX).

adhibitorum ad Passionem Dionysii, Rustici et Eleutherii:

- P* cod. Petropolitanus F. Otd. I, nr. 12 (prooem. p. XXXI).
Q cod. Parisiensis lat. nr. 5301 (prooem. p. XXXI).
M cod. Monacensis lat. nr. 4585 (prooem. p. XXXI).
N cod. Parisiensis lat. nr. 5308 (prooem. p. XXXI).

adhibiti ad Symbolum Athanasianum:

- A* cod. Ambrosianus O. 212 Sup. (prooem. p. XXXII).

adhibitorum ad Expositionem fidei catholicae:

- A* cod. Ambrosianus M. 79 Sup. (prooem. p. XXXII).
M cod. Monacensis lat. nr. 19417 (prooem. p. XXXIII).
F cod. Florentinus (prooem. p. XXXIII).

VENANTI HONORI CLEMENTIANI FORTVNATI
VITAE SANCTORVM.

VITA SANCTI HILARII.

(1) DOMINO SANCTO ET MERITIS BEATISSIMO PATRI PASCENTIO PAPAE FORTVNATVS. I
 Religiosi pectoris studio sollicitante commonitus, quo, papa beatissime, divinis in acti-
 bus sacri conversatione propositi iugiter exercitaris intentus et intendis exertus, ut
 5 facile sit perspicuum ad culturam ecclesiasticae disciplinae et fuisse te genitum et
 esse provecum: inrefragabiliter veteris dispositionis ac catholici dogmatis fundamen-
 tum custos observans et ad aedificationem plebis amantissimae veluti bonus instructor
 adiciendo aliquid culmen fabricae continuare festinans non sine timore divino. (2) Cuius
 operis amore praeventus eo usque me dignatus es perurguere, quo de actibus sacratis-
 10 simi viri Hilarii confessoris, qui te ab ipsis cunabulis ante sua vestigia quasi peculiarem
 vernulam familiariter enutrivit, ut impensi muneris vel verba rependeres, ideo etsi non
 plena vel ex parte complexa perstringerem: quatinus dum sui gregis auribus vox quodam
 modo et vita pastoris antiquissimi resonaret, et ille probaret ministerium et ipse non
 celares affectum. (3) Sed cum mei ingenii brevitatem mensuro, adeo beati Hilarii II
 15 immensitatem fortem cognosco, ut pene mihi videatur aequale tam istud posse dicere
 quam digito caelum tangere, praesertim quod etiam ut audio beati Hieronymi torrens
 illud eloquium recusaverit attemptare, qui materiae eius se imparem eatenus iudica-
 verit, ut taceret. (4) Ego vero cui nullius scientiae inrigua fluentia succurrunt, quem
 vix stillicidii pauperis attenuata gutta perfudit, nihil proprio de fonte respirans, qua
 20 temeritate inter ingentia flumina Eufraten Hilarii et Nilum Hieronymi siccos velim
 cursus extendere, cum de illo etiam doctissimi viri quicquid dicere potuerunt, minus

I IN CHRISTI NOMINE INCIPIT VITA SANCTI AC BEATISSIMI HILARII EPISCOPI ET CONFESSORIS COMPOSITA
 A SANCTO FORTVNATO PRESBYTERO G, INCIPIT PROLOGVS IN VITAM SANCTI HYLARII EPISCOPI ET CONFESSORIS V,
 lemma om. A prologum alium eumque breviorē habent XY: Incipit prologus ex gestis sancti hilarii picta-
 uensis episcopi (et confessoris add. Y), quod est (q. e. om. Y) idus ianuarii. beatissimi hilarii confessoris
 (confratres X) uitam uel opera non unius sed multorum patrum (p. om. Y) relatione comperimus in laude
 domini nostri iesu christi memoriae traditam et bellatorem christi eorum opusculis contra arrii perfidiam lu-
 culentissime flore defloratum, et in multiplicia (multiplicem X¹, multiplice X²) in (in ras. X) eius (eis ad Y)
 uere fidei confessionem texere gesta (ere gesta ras. X). huiuscemodi (re add. Y) beatus hieronimus maximus
 stipulator enitet. qualiter uel quomodo in synodo ariminensi temporibus constantii principis sub tauro prae-
 fecto miles christi dimicavit (dimicavit X) exiliumque pertulerit frigiae lustrumque exulauerit, omnibus rectae
 piaeque fidei sequacibus notum habetur 2 B. P. P.] VA, cf. infra p. 7, l. 12, beato patri Pascentio G
 4 exertus] G¹A, exercitatus V, cf. carm. X, 12^c, 1 6 esse te perfectum G inrefragabiliter — ob-
 seruans — festinans] G, cum irrefr. — obseruas — festinas VA ac] om. VA fundamenta VA
 8 adhibendo VA 9 eo usque] G, om. V, eiusque A 10 helarii G¹, hylarii ut solent VA 11 uer-
 naculum VA 11 ideo] ego V, id ego A 12 plena] G¹V gregis auribus] VA, gregibus, in
 litura gregi G 13 misterium G¹A 15 forte G 16 digito] om. G beati ut audio VA
 17 materiae eius] materiei VA 20 hilarii] beati hil. VA siccos VA 21 uiri] om. VA

est quam meretur, et virum sanctissimum consultius mihi sit mirari quam loqui? Aequabilis fuerat haec beato Ambrosio de fratre scribenda mandare, cui verba virtutibus coniuncta florebant. (5) Sed ne protracta pagina fastidium potius generet quam provocet auditorem, etsi cum mea verecundia vobis quidem oboedientiam et illi impendo de quo non digne loquor iniuriam, sed concedi veniam credimus quod devotione peccamus. Nunc de eius vita proponamus.

III (6) Igitur beatus Hilarius Pictavorum urbis episcopus regionis Aquitaniae oriundus, quae ab oceano Britannico fere milia nonaginta seiungitur, apud Gallicanas familias nobilitatis lampade non obscurus, immo magis prae ceteris gratia generositatis ornatus, nitore pectoris addito, quasi refulgens lucifer inter astra processit. (7) Cuius a cunabulis tanta sapientia primitiva lactabatur infantia, ut iam tunc potuisset intellegi, Christum in suis causis pro obtinenda victoria necessarium sibi iussisse militem propagari.

(8) Denique coniugem habens et filiam ita plenitudine domini venerabiles animos ecclesiasticae regulae tradidit informandos, ut adhuc in laicali proposito constitutus divino nutu pontificis gratiam possideret: ita se ipsum propria disciplina cohercebat intentus quasi futuram speciem indicans, ut inreprehensibilis in templo Christi praepararetur sacerdos. (9) Nam quod inter mortales valde videtur difficile, tam cautum esse, qui se a Iudaeis vel haereticis cibo suspendat, adeo vir sanctissimus hostes catholicae religionis abhorruit, ut non dicam convivium sed neque salutatio fuerit cum his praetereunti communis. Vitabat haec Davitico suffultus exemplo, ne cum haereticis mensae participando fieret illi in scandalum. (10) O quam perfectissimum laicum, cuius imitatores ipsi esse desiderant sacerdotes, cui non fuit aliud vivere nisi Christum cum dilectione timere et cum timore diligere, quem sequentes currunt ad gloriam divertentes ad poenam, credenti succedunt praemia recusanti tormenta! (11) Qui tamen nunc illos de pio religionis opere commonens, nunc alios de confessione inaestimabilis sanctae trinitatis informans, nunc reliquos promissione regni caelestis invitans, non cessabat in plebe verba veritatis fructu fidei redundantia seminare. (12) Quo cognito de sancto Hilario, quoniam tantum lumen etsi voluisset latere non posset, quippe necessarius, ut alienas tenebras in lucem transferret, concordante favore populi aut potius dei spiritu proclamante, vir olim mysteriis deputatus aliquando sacris altaribus sacerdos electus est. (13) Crescebat in eo cotidie opinio famulatrix virtutum nec erat eius fama contenta circumiectas tantum Gallias inlustrare sed exteris nationes et regiones implebat. Meritorum gratia perecurrente id actum est, ut toto orbe velociter beati pontificis gloria militaret.

V (14) Igitur Constantii imperatoris tempore cum Arriana haeresis venenata de radice flore toxico pullularet, tunc vir sanctissimus timore nudus fidei fervore vestitus quasi signifer belligerator per medias acies inter hostiles fremitus inter haereticos gladios se ingerebat, Christi caritate securus, nihil de sua morte formidans, illud solum metuens, quod absit, praeiudicio religionis inlato ne viveret. (15) Hinc a Valente et

39 sq. *Sulpic. Sev. Chron. II, 39, 4* tum Eusebius Vercellensium et Lucifer a Carali Sardiniae epi-

5 concede^t G 6 EXPLICIT PROLOGVS INCIPIT TEXTVS G¹, VITAE SANCTI HILARII CONFESSORIS *add. G²*,
 EXPLICIT PROLOGVS V, INCIPIT VITA *add. A* 7 aquitaniae] partibus X: Pictavis *car. VIII, 1, 13*
 8 britanico G, brittanico A, *cf. car. III, 26, 5 et passim* fere milia nonaginta] octoginta (octuaginta
 Y) ferme m. XY 11 tantae sapientiae — iact. VA 12 propagare VA 13 uenerabilis ani-
 mum — informandum VA, animum eius exsequeretur atque ut informando uitae nitore propositum sanctae
 religionis imbueret atque diuino nutu sublaicali habitu pontificalem gratiam iam possideret X 18 iudaei
 uel haeretici VA 20 mensam VA 27 in plebe] implere VA fidei] corde (corda A) *add. VA*
 28 quoniam — posset] quod — potuit VA 30 ministeriis (saecularibus *add. V*) VA 36 toxico]
cf. car. IX, 9, 16

Vrsatio, qui prava credulitate ecclesiam dei turbare pertinaciter insistebant, imperatori persuasum est, ut virum eruditissimum de quo loquimur et Dionysium Mediolanensem et Eusebium Vercellensem exilio condemnaret. Nihil enim poterat ante insuperabilem sancti Hilarii facundiam haereticus obtinere. (16) Sperans hostis fidei aliquas se nebulas splendori catholico posse praetendere, si retrusus exilio talis vir a certamine defuisset: quoniam, ut dictum est, quis perversus voluit configere ac si mutus et claudus nec verba poterat proferre nec currere, sed quasi natans in pelagis ante fluctum eius eloquentiae mergebatur. (17) Itaque in Frigia Asiae regione missus exilio ad virtutis augmentum gratias egit, quia quantum pro nomine Christi longius discedebat de solo proprio tantum merebatur fieri vicinior caelo. Qui dum ad locum pervenisset optabilem, nobis tacendum non est quod illi concessum est. (18) Nam et eo tempore sancto sibi spiritu revelante cognovit, eo quod beatissimam Abram filiam suam, quam cum matre Pictavis reliquerat, quidam iuvenis nobilissimus praedives pulcherrimus coniugii vinculo sibi quaereret annectendam. Sed ipse interventu orationis assiduae caelestem illi sponsum sine contaminatione providerat. (19) Mox oportunitate reperta manu propria subscriptam filiae direxit epistolam, sufficienti sale conditam et velut aromaticis unguentis infusam, quae tenetur Pictavis pro munere conservata: indicans ei, eo quod talem sponsum pater anxius providisset, cuius nobilitas caelos ascenderet, pulchritudo rosarum et lilii comparisonem praecederet, oculi gemmarum lumina luminarent, vestis candorem nivis opprimeret, ornamenta inaestimabili fulgore vernarent, divitiae intra se regna concluderent, sapientia incomprehensibilis emineret, dulcedo favi mella postponeret, pudicitia incontaminata persisteret, odor suavitate flagraret, thesauri sine defectione constarent. (20) Addens ergo monitis, ut filia nulli se prius male divisa coniungeret, quam ut patrem exspectaret pollicentem et sponsum pariter cum promissione venturum. Quod Abra dulciter excipiens et quasi sponsum futurum in epistola patris complectens admonitionem secuta est, nulli in coniugio se resolvens. Sed qualiter ad illum sponsum pervenerit, locus in sequenti servatur.

(21) Interea cum toto orbe Arrianae haeresis perversitas pullularet, dato generaliter VII imperatoris edicto, ut omnes orientales episcopi apud Seleuciam Isauriae oppidum convenirent disceptaturi, quid sentirent de fidei veritate, tunc inter reliquos quarto iam exilii anno de Frigia sanctus Hilarius in praedicto loco data evectione ad synodum venire compellitur. (22) Qui quoddam castellum dum adisset, die dominico ingressus est templum: mox Florentia puella gentilis inrumpens multitudinem populi voce magna servum dei advenisse testata est et ad pedes eius occurrens non cessavit petere, nisi signum crucis ab ipso sibi fieri fideliter impetrasset. (23) Quam Florentius pater secutus

scopi relegati — — sed Valens et Vrsatius — — intra palatium congregantur. (6) Dionysius, quia non esset assensus, urbe pellitur — — Liberius quoque urbis Romae et Hilarius Pictavorum episcopi dantur exilio.

8 *Sulpic. II, 42, 2* Hilarius quartum iam exilii annum in Phrygia agens.

28 *Sulpic. Sev. V. Mart. 6, 4* Dehinc cum haeresis Arriana per totum orbem et maxime intra Illyricum pullulasset.

29—32 *Sulpic. Sev. Chron. II, 42, § 1. 2* Interim in Oriente exemplo Occidentalium imperator iubet cunctos fere episcopos apud Seleuciam Isauriae oppidum congregari. qua tempestate Hilarius, quartum iam exilii annum in Phrygia agens, inter reliquos episcopos, per vicarium ac praesidem data evectionis copia, adesse compellitur.

1 ursatio fere VA crudelitate VA 6 quis] si quis GA, quisquis V uoluit] cum illo
add. VA 12 apram VA, cf. infra p. 6, l. 15 16 subscriptam] suae scriptam V, suae f. scr. A
19 lumine radiarent A, lumen obnubilarent vulg. 21 emanaret VA 23 ergo] om. V, etiam A
mala V, om. A 24 pollicitum VA 26 amplectens VA coniugium VA 31 uectione G:
data uectionis copia *Sulpic. Sev. Chron. II, 42, 3* 32 quoddam castello dum adisset VA 35 fieri]
om. VA

et cuncta familia in nomine domini meruerunt pariter baptizari. Quae Florentia relictis parentibus vestigiis eius inhaerens usque Pictavis perducta est: patrem se habere non a quo generata est, sed per quem regenerata est, praedicabat. (24) Cum vero Seleuciam pervenisset, magno favore a cunctis exceptus est, eo quod divina misericordia talem virum prudentissimum et singulari eruditione compertum in spectaculo mundi produceret, ubi erat de fide censendum. (25) Hinc post examinationem agnitis hostibus et oppressis, decretis in scriptura conditis, prospera gerens synodi dirigitur ad imperatorem legatio: cum qua perrexit sanctus Hilarius, quamvis ei non fuisset inunctum, metuens ne adhuc contra religionis dogmata respiraret damnata perfidia. (26) Sed disserere longum est, qualiter Ariminensi synodo composita mentione aliud ex alio referens fraus haeretica serpentino lapsu subripuit et postea legatis Seleuciensibus per imperatoris iniquitatem ipsa est inlata calumnia. (27) Quod tamen beatus athleta Christi Hilarius agnoscens graviter apud Ariminum diaboli praevaluisse mendacium, in tantum ut et orientales partes similiter composito fuco inficeret, imperatori tribus libellis oblatis preces effudit, ut in eius conspectu collectis adversariis esset ei contra haereticos disceptandi de religione licentia, ne veritatem falsitas obumbraret, ne aequitati iniquitas praevaleret, ne imperator Deo resisteret, ne fidei perfidia rebellaret. (28) Vnde Valens et Vrsatius conscientiae reatu perterriti, quoniam si daretur facultas certandi, mox se recognoscebant Hilarii contentione prosterni, sollicitant imperatoris animum tantum in maligna parte captivum, ut ipsum beatissimum redire ad Gallias perurgeret, dicentes illo praesente haeretica non posse machinamenta proficere. (29) Quo obtentu ad Gallias compulsus revertitur, putans magis amplius se pati exilium, quod illuc perturbationem ecclesiae relinquebat termino non secuto. (30) O beatum pontificem, qui in summo discrimine inimici iudicis adiit tribunal imperii sine timore tormenti! Vere totis visceribus diligebat Christi regnum, qui non formidabat in principatu Constantium. Nam quod se pro domino sic ingerebat aperto periculo, optabat martyrrium, si non defuisset percussor: et tamen animus sumpsit gloriam, etsi tempus non intulit poenam. (31) Sed hunc ipsum divino nutu servatum testificor pro correctione cunctorum. Nam pene totum mundum gravi errore confusum factis saepius in Gallia synodis per Hilarium fuisse ad viam veritatis adductum confitetur lingua multorum. (32) Quid autem sibi interest, vel pro vita aeterna factum fuisse martyrem, vel amplius vixisse, ne

3—21 *Sulpic. Sev. Chron. II, 42, § 4* is ubi Seleuciam venit, magno cum favore exceptus omnium in se animos et studia converterat. (5) agi deinde coeptum, repertique pravae haeresis auctores atque ab ecclesiae corpore avulsi. (6) sed confecta synodo decreta ad imperatorem legatio, quae gesta insinuaret. (45, 3) aderat ibi tum Hilarius, a Seleucia legatus secutus. (43, 1) interea legatis Ariminensis concilii — — — conscriptis ab improbis fidem tradit, verbis fallentibus involutam. (2) sed interius aderat fraus parata, ut esset similis, non esset aequalis. (45, 1) ibi repertos Seleuciensis synodi legatos vi regia compellunt, exemplo Occidentalium pravam illam fidem recipere. (3) is ubi extremum fidei periculum animadvertit, Occidentalibus deceptis Orientales per scelus vinci, tribus libellis publice datis audientiam regis poposcit, ut de fide coram adversariis disceptaret. (4) id vero Arriani maximo opere abnuere, postremo quasi discordiae seminarium et perturbator Orientis redire ad Gallias iubetur, absque exilii indulgentia.

29. 30 *Sulpic. Sev. Chron. II, 45, § 7* illud apud omnes constitit unius Hilari beneficio Gallias nostras piaculo haeresis liberatas. nam e. g. s. (5) frequentibus intra Gallias conciliis, atque omnibus fere episcopis de errore profitentibus, apud Ariminum gesta condemnat et in statum pristinum ecclesiarum fidem reformat.

7 scripto V, in scripto conditis om. A 10 mentione] *codd.*, mentione *Maurini emendaverunt*
 12 athleta christi beatus VA 14 et] om. VA infecerit V, inficerent A 20 tantum in maligna
 parte] tam maligna ligare arte V, tam maligna re in parte A, tam maligna re per artem *Colb.* 23 illuc]
G, cf. partem I, p. 403 24 inimi*** G¹, inimicis V 28 correptione VA 31 sibi] om. VA
 reliqui ne VA

reliqui perirent? Igitur sanctissimam animam etsi gladius persecutoris non abstulit, palmam tamen martyris non amisit.

(33) Itaque dum regrederetur ad propria, tunc beatus Martinus aequae meritorum IX lumen non absconsum, qui ab Hilario exorcista est postea institutus, cognito adventu eius, Romam festinanter occurrit. Quem cum praeterisse cognosceret est usque Gal-
5 lias consecutus. (34) Neque enim Martinus, qui adhuc cathecuminus Christum clamys sua tectum videre meruit, illi devotus occurreret, nisi per omnia mysteriis plenum in eo spiritum praevidisset. Nec mirum si ille qui deum prius vidit in paupere, postea ipsum habitare cognosceret in doctore.

10 (35) Illud etiam nobis non convenit tam nobile praeterire miraculum. Nam cum X circa Gallinariam insulam propinquaret, relatione vicinorum agnovit ibidem ingentia serpentium volumina sine numero pervagari, et ob hoc quamvis illis videretur vicina propter inaccessibilem locum longius illis videbatur esse quam Africa. (36) Quo audito vir dei sentiens sibi de bestiali pugna venire victoriam, in nomine domini praecedente
15 crucis auxilio descendit in insulam: eo viso serpentes in fugam conversi sunt, non tolerantibus eius aspectum. (37) Tunc baculum figens in terram quasi metam quo usque deberent excurrere virtutis potentia designavit: nec amplius est illis libertas occupare quod vetuit, tamquam pars insulae non sit terra sed pelagus. Qui dum semper illam partem verentur attingere, facilius erat illis mare transire quam vocem. (38) O immu-
20 tabilem terminum de sermone plantatum! apparet quantum est melior Adam secundus antiquo. Ille serpenti paruit, iste servos habet, qui possunt serpentibus imperare. Ille per bestiam de sede paradysi proiectus est, iste de suis cubilibus serpentes excludit. Deposuit anguis antiquum mendacium qui didicit implere mandatum. (39) O Hilarii dulcedo, medicamentum et meritum, ante quem sine mora venena fugata sunt!
25 Addidit terram hominibus, quia in loco beluae incola transmigravit. Sed revertamur ad ordinem.

(40) Cum de exilio regressus introivit Pictavis, summo favore plaudebant omnes XI pariter, eo quod ecclesia recepisset pontificem, grex pastorem: et ac si omnes cum ipso tunc redissent ad patriam, ita sine illo se exules fuisse deflebant.

30 (41) Itaque beatum Martinum in vico Locoteiaco dum praecepisset consistere, vir- XII tute divina meruit ibi mortuum suscitare. (42) Post aliquot dies infans sine baptismi regeneratione defunctus est: duplici morte damnatus praesentem lucem amiserat et poena futuri saeculi non carebat. (43) Tunc mater extincti, quae iam mater non erat, dum

4 *Sulpic. Sev. V. Mart. 5, 2* itaque exorcistam eum esse praecepit.

5. 6 *ib. 6, 7* nec multo post, cum sancto Hilario comperisset regis paenitentia potestatem indultam fuisse redeundi, Romae ei temptavit occurrere profectusque ad urbem est. (7, 1) cum iam Hilarius praeterisset, ita eum est vestigiis prosecutus.

27 *Hieron. dial. contra Lucif.*: tunc Hilarium suum de proelio revertentem Galliarum ecclesia complexa.

30. 31 *sq. Sulpic. Sev. V. Mart. 7, 1* cumque ab eo gratissime fuisset susceptus, haud longe sibi ab oppido monasterium conlocavit, quo tempore se ei quidam catechumenus iunxit *e. q. s.*

1 persecutionis VA 4 lumine non absconsum VA postea] male: ante exilium exorcista institutus erat, cf. *Sulpic. Sev. V. Mart. 5, 2* 8 spiritum] sanctum *add. VA* si] om. G uidit deum prius VA pauperem — doctorem VA, cf. *Sulpic. Sev. V. Mart. 3, 1* 11 gallinariam] diues galliarum *codd. recentiores Maur., cf. Sulpic. Sev. V. Mart. 6, 5* 14 de] verba quae sequuntur usque ad p. 8, l. 35 talem desunt A 17 potentiam V libertas est illis V 19 quam uocem] quam transgredi eius signaculum V, quam huc esse *Colb.* 22 excludit V 27 introiret V 30 beato martino G locoteiaco] G cum *cod. Casalis Bened.*, loco telaco (teiaco V²) V, toteiaco B, locodiaco Y, locoiaco *Colb.*: monasterium locotigiacensim *Gregorius Tur., M. S. Mart. IV, 30* consurgere V 31 aliquantos V

filium non habebat, provoluta ad pedes sancti Hilarii praecedentibus lacrimis nati sui corpus effudit exclamans: Martinus adhuc incipiens cathecuminum mortuum revocavit, tu pontifex redde, rogo, filium aut mihi aut baptismo: qui populi pater agnosceris, ut mater ego vocer obtineas. (44) Sic illa plus lacrimis petente quam verbis commotus vir dei spectante populo ad consueta arma recurrens in terram prosternitur. Mox paulatim defuncti pallor in ruborem convertitur, frigida membra revocato spiritu intepescunt, oculi apertis palpebrae ianuis peregrinum lumen agnoscunt, vox adducto aere de pectoris domicilio conflata profertur, gressus suis vestigiis redivivus extenditur, in anteriore fundamento tota fabrica renovatur. (45) Quid plura? Tamdiu iacuit sacerdos in pulvere, donec pariter surgerent, senex de oratione infans de morte. Ecce vita laudabilis, quae de alterius corpore necem precibus effugavit, spoliavit tartarum, spem habens de Christo. Mors ibi iura non tenuit ubi Hilarius vim orationis est ingressus. Sed tanta res non potest nostris verbis plus ornari quam meritis. Nunc vero memorandum est quod supra promisimus, qualiter miracula reliqua hoc miraculo cumulavit.

- XIII (46) Denique cum beatissimam Abram filiam suam, ad quam de exilio destinavit epistolam, incolomem invenisset, alloquitur quomodo poterat dulcedo patris et facundia oratoris. Quid dicam? alloquitur Hilarius, cuius eloquentiae post ipsum comparare aliquem vix audemus nisi qui fuit spiritu divino repletus; temptans eius animum, si velit sponsum attingere, quem patris gratia provideret. (47) Tunc libenter desideranterque ut celeriter ei iungeretur optabat. Quam voluntatem pater pius agnoscens, intentus orationibus non cessavit, donec sine dolore, sine contagio de praesenti filia mundi ludibrio migraret ad Christum: quam propriis manibus, ut decuit, venerandae tradidit sepulturae. (48) O funeris gloria, quae melior habetur quam vita, quia quod terrae subripuit, in caelo transmisit! Vere, ut ego considero, plus fuit quam resuscitari, sic mori. Certa enim salus est non contaminari peccatis. Quanti cuperent, rebus cum vita traditis, talem transitum comparare, si mercatorem forsitan invenirent? Quid distat inter vivificati infantis et filiae mortificatae mysterium? Illum resuscitavit ad baptismum, hanc praedestinavit ad regnum, nisi quod in illo adhuc spes peccandi restabat, haec immaculata finierat. (49) Quod cum vidisset mater beatæ Abrae a pontifice postulat, ut et ipsa si mereretur erepta de mundi crimine cum filia praesentaretur ad regnum. Cuius vota considerans assidua oratione et ipsam ante se transmisit ad gloriam. (50) Quis aestimaturus est, talem virum ita dilexisse dominum, coniugis et filiae affectu contempto? Tamen in hoc magis illas amasse cognoscitur, cum per ipsum lumini perpetuo transferuntur. Quis vero abundantiam rigantis ingenii contendat evolvere, aut eius verba verbis valeat exaequare? Qualiter ille indivisae trinitatis libros stilo tumemente contexuit, aut scripturam Davitici carminis sermone coturnato per singula reseravit? (51) Quam fuit in dissertatione providus, in tractatu profundus, per litteraturam eloquens, per virtutem mirabilis, in complexionibus multiplex, in resolutione subtilis, astutus iuxta prophetam ut serpens, columbae simplicis gratiam non amittens, conditi sal ingenii, fons loquendi, thesaurus scientiae, lux doctrinae, defensor ecclesiae,

2 cathecuminus V 3 filium] meum *add.* V 5 expentante V terra V 6 rubore V
 8 suis] *om.* V ostenditur V 12 de] in V est ingressus] ingessit (V) 13 uerbis nostris V
 14 miraculum V 15 apam *plerumque* V 18 fuerit (V) diuino] sancto V 19 uellet (V)
 providebat V 21 de praesenti filia] se praesente filia de mundi (V) praesenti] *G*¹ 22 ludibriis V
 24 caelo] *G* sic mori quam resuscitare V 26 inuenissent V 29 a pontifice] pontificeum V
 30 si mereretur] sic V 33 lumini perpetuo] ad lumen perpetuum V 34 irrigantis V 35 qua-
 liter — 37 prouidus] qualiter ille libros contra arii perfidiam promulgauit, quomodo librum psalmodum per
 singula cothurnato sermone reseruauit, in hymnorum etiam fuerit dissertatione paratus Y 35 ille] *om.* V
 36 scripta (V) coturnano V 39 prophetam] immo prudens iuxta domini uocem *add. vulg.; cf.*
Matth. 10, 16: prudentes sicut serpentes

hostium propugnator. Cuius dicta qui legerit non credit dicere sed tonare. Hoc fuit
 ultra homines sapere tam caute de religione censere. (52) Sed qui vult ipsum agnoscere XV
 eius exilia memoret, merita respiciat, volumina relegat, dicta perpendat, signa coti-
 diana percenseat. Qui dum superstis fuit in saeculo aut scripsit ecclesiasticae fidei
 5 documenta, aut pugnando calcavit haeretica crimina, aut petenti tribuit miraculorum
 suffragia: quae volente domino usque in hodiernum diem eius orationibus perseverant.
 (53) Sed mea lingua non sufficit singula de sancto spiritu qui per eum et operatus est
 et locutus, sicut illi dignum est, cuncta proferre. Det mihi pius veniam, quia multa XVI
 praeterii qui vix pauca conscripsi. (54) Ita beatissimus Hilarius de praesentis saeculi
 10 vita cum gloria migravit ad Christum terra plorante, caelo gaudente.

LIBER DE VIRTUTIBVS SANCTI HILARII.

(1) DOMINO SANCTO ET MERITIS BEATISSIMO PATRI PASCENTIO PAPAE ET IN CHRISTO I
 FLORIGERA PERENNITER CARITATE VERNANTIBVS ECCLESIAE HABITATORIBVS FORTVNATVS.
 Cum veteres et infidelium conditores voluminum eloquentiae suae pompam cunctis
 15 ostendere causa provocaverit opinionis inflatae: dum regum vota seu funera, id est
 prospera vel adversa, confuso vocis ordine quodam modo visi sunt cantare pariter et
 plorare, ut tam qui dixerunt vel de quibus locuti sunt saltim in libris viverent, etsi
 vacuis actibus inaniter defecissent: cur ego melioris spei sollicitatus instinctu patiar
 reticere de summi confessoris viventibus meritis et victoriis? (2) non sine, quod absit,
 20 vindictae caelestis incursu, cum vix debita solverem, si de beati Hilarii indeficientis
 lampadis splendore infatigabili voce die continuata cum nocte pariter decantarem.
 (3) Qua vero vel inretitus inscientia vel impulsus offensa, in ea voluntate gravi torpore
 persisterem, ut cum illi plurimo decepti tractatu de resoluta umbrarum imagine non-
 nulla conficerent et in pulverem redacta cadavera falsis quasi laudibus animarent,

1 dicta] doctrina V tonare — 10 gaudente] obiit autem praefatus pontifex hilarius die iduum ia-
 nuariarum. reliquiae eius pictavis sunt conditae, in quo loco hactenus diuina beneficia operantur, ipso prae-
 stante, qui uiuit et regnat deus in saecula saeculorum. amen Y 2 hominem (V) cognoscere (V)
 8 mihi] om. V 9 praeteriui V conscripsi] ne ergo pagina cum stili rusticitate nec non et loquendi
 nimietate prolixius extensa uilescat, scribendi iam debemus construere metas. est tamen dignum iuueritque
 hoc unum tantum referre, quomodo huius sancti uiri anima diuini luminis fulgore migravit excepta. tantum
 namque lumen ecclesiae dum infirmando obscurari coepisset, uenerabilem uirum leonum eiusdem ciuitatis
 presbyterum quadam die secretius sibi accersiri mandauit; ei autem idem sacerdos credulus et dilectissimus
 habebatur. cumque imminentibus noctis tenebris eum exire et si quid foris audiret sibi renuntiari iussisset,
 ipse uoces tumultuantis adhuc populi ciuitatis se audisse reuertens exposuit. persistebat itaque uigilans
 iustique finem expectans, animum nouissimis eius et carissimis exhortationibus reficiens. deinde tempesta
 iam nocte rursus a sancto rogatur exire quidque auditu percipere posset sibi iacenti ad lectum referre. qui
 dum nullius sonitum uel mussitationem se sensisse renuntiat, mox splendor inaestimabilis claritatis, quem
 leonius se non potuisse ferre fatebatur, per fenestram a parte altaris eiusdem basilicae, in qua sanissimus
 decubabat infirmus (infirmum *male Reinkens p. 319*), ingreditur. secundum namque apostolum infirmatus
 carne spiritu potentior erat, cuius anima non qualiscunque sed beatissima corporalibus soluta uinculis, egressa
 eo ipso, ut credimus, diuinae claritatis lumine suscepta et in paradisi migrando perpetui splendoris amoeni-
 tatem intrauit. ibi nunc et semper pretiosus lapidis diademate coronatus, in sempiterna coeli arce felici per-
 fusus luce, exsultantibus sanctis laetatur *add. Z. Interpolationem Reinkens p. XXI tuctur* beatissimi
 hilarii de praesenti saeculo V 10 uita] ualente et ualentiniano regnantibus *add. vulg., cf. Hieron. de*
uiris ill. c. 100 gaudente] eodem iesu christo praestante, qui cum patre et spiritu sancto uiuit et reg-
 nat deus in saeculo saeculorum. amen *add. vulg.* EXPLICIT VITA SCI HILARII EPI* (et conf. *add. G²*) G

11 INCIPIT LIBER DE VIRTUTIBVS SCI HILARII EPI G¹, expuncta s. i. e. et superscripta h. ipsius G², pro-
 logum ad p. 8, l. 8 absoluit om. V 13 ECCLESIAE] pictauensis *add. vulg.* 18 ergo, litera r deleta G
 19 reticere, sed re in litura G uictoris G

- ego de sanctis permanentibus et quod est felicius in regno Christi cotidie florentibus nil referrem? praesertim ubi diversa diversarum partium videtur esse causa mercedum, quod gentiles fructum laboris sui in inanitatum favore voluerunt consistere, nos autem oporteat in beatorum virorum intercessione plantare, quibus hic verba si
 II solvimus, illic gaudia comparamus. (4) Ideo reddat illi mobilis lingua praeconium, a quo prius pectora conceperunt affectum; nam bonis eius aperte credetur invideri, si quae de illo cognovimus, silentio videantur abscondi. Merito itaque cum ceteris et me de se loqui compellit, qui etiam mutos ut loquantur absolvit. (5) Sed quam plura superstis in corpore fecerit vel quanta operatus sit, postquam aeterna in requie plaudentibus angelis ad Christum victor de mundi certamine transmigravit, etsi non potui annorum vetustate subripiente contingere, attamen vel quae praesenti tempore miracula misericors praebuit, cupio indigenti memoriae non fraudare: ut quisquis haec fideli sicut condecet auditu perceperit, et praeterita recognoscere gaudeat et similia fieri virtute confessoris in futuro confidat.
- III (6) Igitur Probianus cum dubio iam vitae penderet in fine et spem convallescendae infantiae mors invida parentibus subripere festinaret, nec parvuli funus acerbum considerans nec desideria ingemiscens senectutis spectans, avida quicquid invenit extra sortem concludens, sola intercessione beati Hilarii restiterat moribundo salutis occasio. (7) Quem Franco suus genitor et Periculosa mater, quae magis converso nomine filii periclitabatur in nece, iam quasi defuncti praemeditantes exsequias cum ingenti fletu in confessoris tabernaculo detulerunt. (8) Tunc sanctus Hilarius ab auctore suo secretae artis exhibens medicinam, consuetus de dispendio funeris reddere compendia sanitatis, subito membrorum fluentem fabricam verbo operante subrexit et in statum pristinum tamquam si nihil fuisset solubile reformavit: mox parentum lacrimas laetitiae mole superveniente siccavit, gemitus voto succedente praeclusit, ubi iam per dolorem non erat sed per gaudia quod plorarent. (9) Quas poenas, quae tormenta mors ipsa tunc pertulit, quando illud quod credebat invadere sic amisit? Profecto quando alterum victrix ferre non potuit, se mors victa percussit. (10) Qui tamen Probianus civitatis apicem meruit obtinere pontificis et usque in hodiernum diem ad luminaria sui medici singulis annis vitae debitor tributa dissolvit.
- IV (11) Illud quoque nobis est tam singulare miraculum pro gloria conlatoris ad memoriam populi revocandum. Nam cum a Cadureis venissent duo leprae maculis immutati spem suae salutis in sancti intercessione fundantes, de pulvere qui ab eius sepulchro abstergebatur sua lavantes capita et membra reliqua perungentes, tam diu sibi talem curam fideliter impenderunt, donec infirmitatis ipsius ulcus ac varietas de corpore quod captivaverat captiva migraret, ut decepta suis solatis colorem quem invaserat inviolata relinqueret et quam secum attulerat turpitudinis speciem non teneret. (12) Post innumerabilia vulnera membris omnibus instaurata est cutis una: vultus ille diuturna deletus sordidine sua coepit repingi imagine nec agnosci. Per fidelissimum

2 diner[sarum in marg. add. G¹? 8 sed — 9 operatus sit] gaudet plane et sublimer terra exultat, quia quamvis plura vivens in corpore miracula fecerit, et ego uix pauca me superius comprehendere dixerim, innumera tamen operatus est V 9 aeterna in requie] G 10 ut si G 11 contingere] cuncta quae gessit add. V 15 proprianus G¹ (infra propianus) 17 quicquid] quod V 18 sortem] cuncta add. (V) morituro G 20 necem V 21 tabernaculo] G 22 exigens V 23 subrexit] G, cf. Ad Iustinum, App. II, 66, erexit (V) 29 civitatem V¹ apicem] uirtute superscr. G pontificis] pontificatus bituricensis Z (Ottob.) luminaria] limina Z (Ottob.), cf. Reinken p. XVII 30 annis] desinit quaternio O, sequitur P, in quo vita S. Sebastiani scripta est V dissolvit] G 32 cum] superscr. G¹? 35 in curam redit A ipsius] om. A ulcerosa varietas (A) 36 migrauerit A 37 inviolate A 39 diuturna deletus sordidine] G, diuturno deletus ordine A

lavacrum Pictavis illis purificus Iordanis inventus est et non ipsi ad fluvium sed fluvius ad ipsos hic occurrit. Quae tam praedicabilis patuit miseratio confessoris, qui et laborem longinqui itineris abstulit et salutis vota porrexit. (13) O quam inaestimabilium claruerunt documenta virtutum, ubi sepulchri munditiae mundaverunt maculas leprae!
 5 Cuius hoc facere cura potuisset artificis, qui de tali pulvere ferret beneficia medicinae?
 (14) Ex quibus Castorius diaconus et Crispio subdiaconus institutus ad eius obsequium usque in finem suum per quem sanati sunt adhaeserunt: et merito illius elegerunt sustinere iuga domini, a quo poena liberi sunt effecti.

(15) Quaedam puella in hanc vitam veniens dextram mortuam traxerat natura V
 10 formante et debilem manum in specie glomi colligerant nervorum fila contracta: fluxa suo stamine digitorum tela marcebat. Tunc occurrens ad beatissimi sepulturam intercessione eius vivacibus est officii ordinata: paulatim mobilis vigor articulos stupentes et ungues inrepsit. (16) Post longa tempora manus illi tunc nata est, cum sensit munera confessoris: extincta venit matris ab utero, viva rediit de sepulchro. Ecce quam
 15 larga remuneratoris est pietas, ut quae natura non genuit, hic membra suppleret!

(17) Nec illud quidem praeterire convenit, quod caeco felici post vota successit. VI
 Nam cum ad beati Martini limina pro recipiendo lumine properaret, in sancti Hilarii praeteriens templum ingressus est. Quo dum vigiliis officio solito celebrarent, mane facta apertis oculis ipse diem coepit aliis nuntiare, qui semper egebat audire. (18) Apud
 20 quem una nox erat, tenebras illa nocte purgavit. Qui numquam viderat ornamenta diei, coepit illi novus sol nasci. Apud illum tunc fabricata sunt omnia, quando eorum meruit videre facturam. En, ut ita dicam, quodam modo post se illi mundus est natus, cum factus est agnitus. (19) Caecus ad fratrem eius festinabat accedere, iste in suo templo dignatus est inluminare. Quanta micat gratia donatoris, qui praevenit
 25 desideria supplicantis?

(20) Quid etiam dignum referam de tam regali mysterio, quod ab ipso est in rege VII
 conlatum. Denique Chlodoveus dum contra haereticam gentem pugnaturus armatas acies commovisset, media nocte meruit de basilica beati viri lumen super se venientem adspicere, admonitus, ut festinanter sed non sine venerabilis loci oratione adversum
 30 hostes conflictaturus descenderet. (21) Quod ille diligenter observans et oratione occurrens tanta prosperitate altero pro se pugnaturus processit ad bellum, ut intra horam diei tertiam ultra humana vota sortiretur victoriam. Vbi multitudo cadaverum colles ex se visa sit erexisse. Ecce terribiliter formidanda prodigia et delectabiliter amplectenda miracula. Parum illi fuit pro solatio regis signum ostendere luminis, nisi aperte monitus addidisset et vocis. (22) Similis quaedam contigit Israhelitici temporis huius causa virtutis. Nam ibi columna ignis praecesserat, hic figura lampadis admonebat. | Vellem VIII
 nosse, cur fuerit tanti ardoris secretum mysterium et tam manifestum prolatum. Sed quantum ipso inspirante videor agnoscere non tacebo. (23) Contra haereticas acies sicut olim in corpore non cessavit spiritu dimicare: credebat sibi contra Halaricum Arrianum
 40 iterum redire Constantium. Quanta est illi semper pro cultu catholicae religionis avi-

1 pectavis G¹ non] om. A fluvius ad ipsos] ipsis fluvius (A) 2 quis A qui
 et — abstulit] ut — abstulerit A 3 perduxit A 4 mundities A munda uerum G¹
 6 crispo A 8 domini G 9 hanc uitam] habita A mortua — formantem A 10 specie] G
 globi G, cf. V. Germani c. 45 colligerat A fluxo A 13 tunc] om. A 18 uigiliae solito celebrarentur clerici mane A 19 facto] om. A 20 una] semper add. (A) illa nox A
 22 en] et (A) 23 ad fratrem eius] GA, ad beati martini ecclesiam vulg. 24 templo] tempore A
 luminare A 27 chlodoveus] G, clodoveus rex A, cf. Gregor. Tur. Hist. Fr. II, 37 28 uenientem] A,
 ueniens*** G, cf. partem I, p. 407 29 et monitus G, sed et in litura 30 praecurrente A 33 uisa
 est (A) 34 monita (A) 35 israhelitici] hisrahelitici populi A haec G 36 ignis] nubis G¹
 figura] (A), figuratę G 37 ploratum G 38 spirante G 39 halaricum] G, halarium A
 40 redisse A

ditas, cum in requie posito adhuc sollicitudinis non desit ubertas? Nam qui tunc in synodo ad confundendum hostem verba fidelia protulit, hic in campo arma tractavit victoria.

IX (24) Mulier in vico Tonatiago dum aquam ad opus suum portaret die dominico, — non est meum nosse quo praeventa peccato, — manus adtracta est venarum arefacto 5 discursu. Tunc revelatione commonita, ut ad sancti limina si vellet salva fieri properaret. (25) Quo illa fidens nuntio tamquam cum ipso sanitatis suae praeviatore laeta percurrit. Et dum in basilica psalleretur, similiter in absolute die dominico, quo praecesserat poena, secuta sunt gaudia. Ecce consuetudinem patroni singularis amabilem, qui ut inveniatur quod praestet et causas exquirat! O beate Hilari omnium 10 corde ore voce cantande! cuius tam larga benignitas non solum se alicui non abscondit sed ingerit.

X (26) Veniamus ad alios venerandi fructus miraculi. Quaedam paralytica, annis adulta puella non merito, sine vitae vivebat officii. Cui in funus extincti corporis tantum superstitis anima palpitabat et in toto cadavere lumina quasi sola vigeant, 15 velut in se membra mortua vigilantes oculi custodiebant. (27) Non lingua torpens intra palati cameram volubilis excurreret nec imo ducta de pectore vox conlata poterat per verba disponere, non manus, cum soluta languesceret, naturae debita servitia dissolvebat neque pes instabilis membrorum ruitura sustentabat: adhuc totius corporis infabricata massa torpebat. (28) Quae in festivitate eius intra basilicam posita cum in- 20 genti favore expectantibus omnibus est erecta. In unius autem corpore miracula plura conplevit. Attenuata genuum vestigia roboravit, linguam rigentem flexibilitate et facilitate vocis aptavit, ad usum lanificii debiles quondam palmas armavit, liniamenta viscerum gratia pii muneris animavit. (29) Aliquando vetus infans in verba prorupit, et quod est conspicuum voce prima lactis alimenta quaesivit. Ergo ut tales cibos ante 25 omnia posceret, quid aliud datur intellegi, nisi quando sanata est, tunc prius credidisset se nasci?

XI (30) Nec illud tam fidele mysterium oblivione noxia subtrahatur. Itaque cum duo negotiatores ad beati basilicam occurrissent habentes formam cerae quasi socialiter in commune, quidam ex his alloquitur alterum, ut eam etsi tam parvam rem tamen 30 tanto confessori vel libenter offerrent. Sed in cassum sua verba in animo socii nolentis expendit. Ipse tamen cum collega suo in oratione prosternitur, ceram occulte ante tremendi sepulchri cancellos exponit. (31) Mox ad omnem aequalitatem cerae ipsius species se divisit et, parte illius fidelis oblatoris accepta, pars altera videntibus plurimisvolvendo usque ad alios cancellos nutu divino cum omni contumelia est repulsa: 35 quasi nolens sanctus invadere, quod alter illi devotus non obtulit, quoniam semper abhorruit quod ex fide non venit, tam certus in iudicio quam misericors est in voto. (32) O quam incorruptibilis arbiter claret! Castior est iste in examinatione iudicii quam in electione florum illa quae ceram casta producit. (33) Tunc itaque ille qui offerre noluit admissi criminis se teste confusus et immensi pudoris reatu percussus, videns sibi a 40 radice suae conscientiae tantae turpitudinis opprobria pullulasse, et in faciem suam

2 hii A tractavit] stravit A 4 tonatiago G¹, tonatiago G², tomaciago A 5 manu G
adtracta] uenarum add. A arefacto discursu] ac arefacto discussio A 7 quod G¹ 8 percurrit]
processit A quo praecesserat] in quo processerat A 9 poenam A 10 et] om. A beati
hilari G¹, beatum hilarium G² 11 voce ore A cantandum (G) abscondet A 17 camera,
in litura came G 21 pauore A autem] om. A 23 aptavit] adaptata est A debiles quon-
dam palmas armavit] debilis quondam armata est manus A 24 animata sunt A in uerba] inter
cateruas A 26 credidit A 28 ne A 31 tantu G¹, tantum A 32 ceram] illam add. A
33 exposuit A 36 nollet (A) 37 in voto misericors, om. est A 39 in] om. G castam pro-
duxit A ille] om. A 40 se teste] G², sed iste G¹, sic teste A percussus A 41 pullulasset A

occultae cogitationis facinora revelata adspexit, consideravit, ingemuit et fleuit, ut saltim laecrimarum fonte rigante dilueret, quod corde delinquente foedavit. Qui postea maiora obtulit exactus, cerae iudicio castigante.

(34) Item cum iuxta consuetudinem quadam nocte cereus inluminatus fuisset, casu XII
 5 super sepulchrum eius qui intercessione sua vivificat ardens corrui, ita ut super mafortem quo cecidit sine laesione aliqua perarderet. Nam in quantum fuit cerae longitudo, cera iacens inventa est, papyro consumata, tanquam si confinium cera ipsa fecisset inter ignem et pallium, ut ab ipsa inveniretur defendi per quam potuisset exuri. Attendit beneficium, ut oboediretur praecepto. Quam semper scit subdere, hic ceram ignis ex-
 10 pavit; quam ad ardendi auxilium sumserat, ipsa visa est repugnare. (35) Sed inter haec illud admonet potius, ut dicatur: in virtute confessoris quas didicit cera flammam extinxit, et converso ordine illud a quo vorari potuit praefocavit. Diversae species suam visae sunt naturam mutasse: ne quid hic incendia laederent, pallium pro marmore, cera fuit pro flumine. (36) Sed quantum est apud illum cerei lumen extinguere qui
 15 caecorum lumen accendit, aut cum alterius cadaveris sepulturam oculorum igne redintegrat, quam facile credimus de sepulchro proprio ut flammam expellat?

(37) Vellem adhuc insatiatus sacratissimi viri miracula quasi peculiariter decan- XIII
 tare, sed vereor ne unde meam cupio devotionem ostendere auditoris animum fastidio nascente videar obdurare. (38) Da mihi, pie, veniam de textus huius parvitate, da usui
 20 culpam, de quo exiguum dicerem si libros implem, ne dum hominis cupio vitare fastidia, videar incurere confessoris offensam. Sed praesumo plurima de te minus dicere, ut de te legere populum brevitatis plus invitet.

VITA SANCTI GERMANI.

(1) Beatus igitur Germanus Parisiorum pontifex territorii Augustidunensis indi- I
 25 gena patre Eleutherio matre quoque Eusebia honestis honoratisque parentibus procreatus est. (2) Cuius genetrix, pro eo quod hunc post alterum intra breve spatium concepisset in utero, pudore mota muliebri, cupiebat ante partum infantem extinguere, et accepta potione, ut abortivum proiceret, dum nocere non posset, incubabat in ventre, ut pondere praefocaret quem venena laedere non valerent. (3) Certabatur
 30 mater cum parvulo, renitebat infans ab utero: erat ergo pugna inter mulierem et viscera. Laedebatur matrona nec nocebatur infantia, oblectabatur sarcina, ne genetrix fieret parricida. (4) Id actum est, ut servatus incolomis ipse inlaesus procederet et

1 cognitionis (A) conspexit A considerabat G defleuit A 2 regnante G¹
 diluerit G, dolueret A 5 intercessionē G sua] mortuos add. G² mauortem A, cf. Du Cange,
 Gloss. ed. Henschel IV, p. 174 7 consumpta A 9 beneficium ut] om. A oboediret G²
 hic] om. A 11 didicit] GA 13 mutasse naturam A ne quid] neque A 14 pro flumine
 fuit A 16 sepultura A 19 obturare (A) de textus huius parvitate] ne textum huius parvitatem repellens improbes A usui] scripsi, ausul, au in litura G, casui (A) 21 fastidium A
 22 EXPLICIT LIBER DE VIRTUTIBVS G¹, SANCTI HILARII add. G², sequitur epistola ad Abram filiam suam GA
 23 IN CHRISTI NOMINE INCIPIT VITA SANCTI AC (HAC P) BEATISSIMI GERMANI (EPISCOPI add. P) PARI-
 SIACAE VRBIS ANTESTITIS (ANTISTITIS EDITA E VENERABILI FORTVNATO EPISCOPO add. G) PG 24 agusti-
 dunensis plerumque PG, cf. carm. V, 6 25 patre eleutherio] p. quoque euletherio P est] om. P¹
 27 muliebria P 29 ut] uel add. G² certabatur] P, cf. partem I, p. 394

matrem redderet innocentem. Erat hinc futura praenoscere ante fecisse virtutem quam nasci contigerit.

- II (5) Deinde cum Avallone castro cum Stratidio propinquo puer scolis excurreret, mater parentis, ut suam hereditatem acquireret, de adolescentis fallitura nece tractavit. Quae temperatam potionem in ampullulam condidit, vinum quoque in alteram, praeci-
piens puellae, ut venientibus ambobus illi porregeret de vino isti de maleficio. (6) Sed ignorans ministra ampullulam mutat et pocula, vinum sancto Germano venenum dat Stratidio, et dum insonti praeparatur interitum, auctor cadet in laqueum. (7) Quo mater eius cognito puellam increpat cum fletu extinxisse se filium. Cui Stratidio sollicito inpenso studio, facto de ipsis maleficiis vario etsi mors vitam non abs-
tulit, tamen signum mortis infixit.
- III (8) Hinc ad parentem suum sanctum Scupillionem Lausea se conferens, moribus honestis alitus et institutus est. Qui cum fere mille passus longe a vico consisterent, iugiter ad matutinos currebant ducti fidei calore per tempestatem per hiemem. (9) Qui intra terni lustris spatium a beato Agripino diaconus instituitur et sequente triennio 15 presbyter ordinatur. Dehinc a pontifice Nectario abba ad sanctum Synphorianum merito dignus adsciscitur. (10) Quanta vero inibi abstinencia vixerit, quantis quoque vigiliis continuando duraverit, quibus eleemosynis profusus exteterit, illa res una testis est, cum iam rebus reliquis pauperibus erogatis nec panis ipse resideret, quatenus fratres reficerentur. Qua de re insurgentibus adversum se monachis, retrudens 20 se in cellulam, amare flevit et doluit. (11) Inter haec ipso orante quaedam Anna matrona duorum saumariorum cum pane dirigit onera. Sequenti etiam die cum annonae destinavit plena carpenti vehicula, ita ut exinde monachi cum saturarentur cibo, terrentur miraculo. (12) His itaque celeber intentus officiis non desiit praedicandis manifestare miraculis. 25
- IV (13) Igitur quadam vice dum cibum fessus acciperet, ingrediente Amando monacho in fenile cum lumine, carbone decidente flamma faenum corripuit et arida nutrimenta vorax ignis adlambit. (14) Concurrentibus reliquis nec tamen succurrentibus, tardius ipse prosiliens rapta de foco cucuma, ascendens supra fabricam, concinens alleluia, fundens paululum aquae in crucis imaginem restinxit incendia ac de manu 30 sancti imbre sedata est ignis unda, quam vix restinguerent flumina. (15) Quod tamen postero die cuius insidiis actum est hostis ipse confessus est.
- V (16) Chariulfus quidam Francus partim villae basilicae res obstinatus invaserat. Quem cum vir dei ad reddendum aliquatenus commoneret nec tamen proficeret, ad orationem se convertit nec fides vindictam distulit. (17) Statim ex vicino ferus ursus 35 exsilivit, tres illius equos interfecit nec sic a duritia respiscit. Sequenti vero nocte duplicavit ultor perniciem. Sex iumenta interemit nec sic quoque poena suffecit. Tertia idem nocte novem vehicula prosternit triplicatum cadaverem: sic labor crescebat

1 innocuntum P erat] sane add. G² ante] hoc ante G fecisse] factam pro eo G²
2 contigerit] per incrementa denique uirtutum ad meliora quotidie prouectus, litterarum studiis a dulcissimis
parentibus est traditus, ut deinceps in dei laudibus haberetur dignus add. X 4 parentis] propinqui G²
suam] eius G² 5 ampulla G altera G 7 ampullulam pariter mutat G² uinumque G²
uenenum uero dat G² 8 interitum] P, *rhythmo firmatum* 10 sollite P¹, solute P² et P 11 sig-
num tamen P 12 scupillionem] P, scop. *rell.*, cf. V. S. Paterni c. 3. 14 lausia (G), cf. Hugo Flav.
chron. lib. I, SS. VIII, p. 338 15 tria lustre P agripino] PG, cf. *carm. III, 14, 3* 16 synfo-
rianum semper PG, synphoriane libri plerique *carm. VIII, 3, 160* 20 reficerent P²G insurgentibus]
cf. Greg. Tur. in gl. mart. c. 9 21 cellula G ipsum orantem P 22 saumariorum] cf. Du Cange Gloss.
ed. Henschel tom. VI p. 25 24 miraculo] cuius bonis operibus inflammatus episcopus sanctum uirum neque
adhuc ista recusantem, quem etiam praedicabant daemonia, in custodiam trusit. cui fateor nutu diuino aperiebatur
ergastulum, sed non hinc egrediebatur, nisi supplex et episcopalis daretur praecepto add. Surius et Boll. ita P
25 manifestare] P 26 quamdam uicce P¹ 33 parte? P¹, parti P² 38 triplicato cadauere G

in cladem. (18) Dehinc ad beatum virum tardius dirigit puerum, agrum reformat invasum, calamitas conpescitur. Id actum est, ut bestia castigante homo sensum acciperet et daret non intellegenti belua rationem.

(19) Dehinc beatus Agricola Cabilonensis episcopus habens cubicularium graviter VI
5 vi febrium fessum, qui distinato animo totus pendeat in transitu, dirigit ad sanctum
virum intercedendi suffragium. (20) Tunc perceptis apicibus basilicae sub porticu
ad sancti Synphoriani sepulchrum progreditur. Interea vir iustus orationi incubuit,
terram corpore premens et sidera mente transcendens, et quasi ante se habens prae-
sentiam domini pro voto supplicis obsecrator accedit. (21) Nam mox vicini redemp-
10 toris auribus exauditur, et adhuc isto recubante in pulvere, aegrotum medicina
perfudit, ac iusto iacente in pavimento, languidus surget de lectulo, ante currente
medella quam peroret qui supplicat, ita ut portitori redeunti obviam puer occurreret
cui parabatur exsequiae, ut non esset ambiguum eadem hora languidum saluti fuisse
redditum qua vir beatissimus fusus orasse conperitur.

(22) Nec illud omitti convenit quod ad domum Aebronis pro fide iusti conlatum VII
15 est. (23) Cuius ingrediente domum, Anna matrona proclamat rem mirabilem se vi-
dere. Inquisita a coniuge quid esset quod inspiceret, ait: Ecce beatus Germanus
cornuta facie mihi videtur incedere, quod paene vix valeo aut intuere lumine aut
sermone conferre sanctum virum novo more cornibus radiantem. (24) Consternataque
20 mulier hominem nostro tempore in figura Moysi potuisse conspiciere, credendum, quod
et iste post conloquium domini potuit a muliere cornu exaltatus agnosci. (25) Cuius
causae pavore Aebro eadem die iuxta sanctum sedere nullatenus praesumpsit duplici
pro merito, maetore pariter et terrore.

(26) Contigit ut pro villis Augustidunensis ecclesiae Theodoberto regi Cabillone VIII
25 occurreret. Memor sancti Synphoriani in ingressu palatii ita spiritu dei redundante
locutus est, ut ante rex annuerit quam verba petitor explicaret. (27) Cui et ore
prophético finem dixit de transitu. Quod paucis interim diebus dum ad Remus re-
meavit, in ipso itinere rex extrema sorte defecit, quasi sancti viri sermo dictus fuisset
ab angelo.

(28) Et quoniam beatissimo erat familiare in basilica sancti Synphoriani soli IX
30 giliis ducere, euntem eum monachus Silvester prosequitur. Et ingressi pariter ad
sancti martyris tumulum, circa noctis medium ab altare tumultum frequentantem ru-
mores accipiunt, tamquam si ad rapinam collecta curreret multitudo. (29) Credens
enim vir dei versari latronum incursum imperat monachum ante sepulchrum psallere,
35 ipse vero accedit ad altare. Dehinc illa turba ad monachum quo psallebat alacriter
properat. (30) Quo mactato graviter et in terra proiecto ac semivivo relicto veloces
effugiunt. Qui vix voce flebili cladem suam replicans, a daemonibus se caesum gravi
congressu confessus est.

(31) Accidit ut Sabarici famulus Aesarius nomine ad virum de quo loquimur in X
40 iuriam passus confugeret, supplicans ut quolibet pretio eum de insolentis domini ser-
vitio liberaret. (32) Quod indignatus Sabaricus pro Aesario et coniuge vel unico eius
filio octoginta solidos pretii nomen petiit, quo minus pontifex ut famulos servile dic-

1 dehinc] post haec G² 2 castigantē P¹ 3 baluae P¹ 5 direxit P² 6 suffragio G
tunc] qui G² 9 accedit**, ras. ur? P 11 ante currentem medillam P 13 ut] et G¹, quatinus G²
19 consternataque] mirabatur add. vulg. 20 moysi] cf. *carm. II, 9, 72* ** credendo. quod, ras. in
P 22 nullatenus ***, ras. non P 24 theodoberto] PG, cf. *carm. II, 11, 15* caballone P¹,
caballone P²G 27 ad remus] remis G² 28 defecit] cf. *Greg. Hist. Fr. III, 36* qua G¹
sancto uiro P¹ 30 beatissimo] uiro add. G 31 eunte eo P selvester P 32 medio P
rumoris G 33 collectam P 36 terra] P uelocius G 39 iniuria P 42 quo minus]
comminus P pontifex ut] erasa G famulus P

tione laxaret. Tamen hoc non dubitavit misericordia iusti vel perquirere vel donare. (33) Quo pretio persoluto, contigit ut ante basilicam saepe dictus Sabaricus praeteriret et nec tamen oratio quippe occurreret. Qui domum suam ingrediens statim affligitur, ligatur et catenis revinctus ad sanctum perducitur. Neque sic a pio viro misericordia tollitur, sed statim missa prece eius obtinente fide purgatur. (34) Tunc adiecit Sabaricus adhuc viginti aureos ad pretium quod acceperat et de centum solidis crux ad sepulchrum beati Synphoriani ab ipso suspensa est, quae usque hodie est in testimonio. (35) Qua occasione filii vel filiae ita sancte conversati sunt, ut per monasteria nunc regant agmina monachorum. Quae causa modo mirabile profuit patri vel germini, ut parvum genitoris flagitium posteris transiret in lucrum.

XI (36) In pago Alisiense res gesta est. Coniunx illustri viri Vulfari Destasia nomine vitalis spei destituta solatiis, linguae carens officiis, per biduum iam muta, spiritu deficiente decumbens, adparatis exsequiis iam palpitabat exanimis. (37) Cui eulogiis per presbyterum suum directis et, violenter adaptatis praemortuae dentibus, in ore transiectis, mox ut fauces semivivae liquor benedictionis introiit, statim incipit praemortua vitae flatibus anhelare, oculi nece perelusi lumen diei requirere, ut post funereum pallorem facies in ruborem transiret, donec cunctis stupentibus vivificata consurgeret et circumstantes auctorem muneris gratiam praedicarent. Quae singulis annis tributum vitae solvit pro pretio.

XII (38) Ceterum revelationum suarum quis scrutator introeat, cui ante quattuor annorum curricula ipsa episcopatus sui causa non est abscondita? (39) Itaque positus sopore inspicit a quodam sene claves sibi portae Parisiense porregi. Interrogans quid hoc fieret, accepit in responsum, ut salvas eas faceret. Quod post civitatis eius episcopo decedente, dum praecellentissimo regi Childebertho occurreret, in eius electione effectum illa vox meruit. (40) Ordinatusque pontifex qualis quantusque se gesserit, hoc expedire lingua mortalis non sufficit, quoniam supra hominem fuit omne quod edidit. Denique adeptus gradum curae pastoralis episcopus, de relicto vero monachus persistebat. (41) Hinc se frequentantibus exercebat vigiliis, inde continuatis macerabat inediis. Pernoctabat algida senectus per hiemem sustinens dupliciter frigus aetatis et temporis, quod nec tolerare possint potolenti iuvenes, se ipsum pene obliviscens pro victoria corporis, tamquam si simul accessissent dignitas et necessitas. (42) Quae vero eleemosynae tam de rebus ecclesiae quam populi oblatione vel regio munere per manus sancti factae sunt, solus ille qui omnia scit et novit et numerat.

XIII (43) Denique quadam vice praecellentissimus Childeberthus rex cum ei direxisset sex milia solidorum pauperibus eroganda, expendens tria milia revertitur ad palatium. Interrogatus a rege, si adhuc resideret quod egenis tribueret, respondit medietatem resedissee nec invenisse inopes quibus totum expenderet. (44) Cui rex inquit: Domine, dona quod restitit. Nam Christo largiente quod donetur non deficit. Incidens aurata missoria, argentea vasa comminuens, quidquid primum habuit dans sacerdoti ne perderet. (45) Erat ergo expectanda contentio inter sacerdotem et principem. Faciebant apud se de misericordia pugnam et de pietate certamen, thesauros ut spargerent et de suis talentis egeni ditiscerent, festini ad futura lucra, ut bratheum semerent et post messorum accederent auro lentam per segitem: ut sacerdos locupleta-

3 orationi P²G² quippe] P, quoque G² 6 soledos P 7 hodie] hodiernam diem G
 8 conuersi P 11 uulfarii G 12 biduo P 13 palpetrabat P¹ euglogias? P¹ 15 li-
 quor] P²G², ligor P¹ 17 funereo pallore P 18 gratia P 22 porgi P¹, corr. 23 in] om.
 G responsis P¹, corr. 24 childebertho] scripsi, cf. *carm.* VI, 2, 13, childeberto *semper* PG
 electionem G 27 relicto] P, cf. *ind. carm.* VI, 8 uero] *eras.* G 28 frequentibus G²
 30 possit P¹, possent P² 33 scit] sicut P numeret P¹ 35 defecet P¹, deficiet P² 43 mes-
 P¹, messē P² acciderent PG auro lenta per segitem P

retur regalibus thesauris et in regem floreret gratia sacerdotis, qui suum solum hoc credidit quod nudus aut egenus accepit.

(46) Sed revertamur ad ordinem. Quidam in Exona vico de fiscalibus famulis XIV Gildomeris nomine cum die dominico quiddam operatus sit, ita contrahitur digitis, ut unguium acumen partem transiret in alteram. (47) Qui Parisius sancto viro occurrit in oratorio, et oratione data, manu peruncta oleo, ungues de palma retractae sunt, digitis redditur organum et in antiquo officio nervorum tela retextitur. Quem clericum post effectum et ut integrum salvum faceret peste liberavit et crimine.

(48) Rursus quaedam mulier nomine Favonia in urbe Parisiaca per novem dies XV percipiens nihil praeter puliculam, ore aperto inhians sancto viro oblata est. Quae velut ferro opposito nulla lege poterat iungere dentes aut labia. (49) Quam in oratorio sacro perunguens oleo, palpato undique capite sine tarditate saluti restituit.

(50) Accidit ut puella quaedam de domo Medardi Meglidonensis familiae filans XVI die dominico contracta manu damnaretur supplicio. Qua contacta oleo virtus infudit 15 remedium. (51) Hinc stupentes digiti vigorem pristinum resipiscunt, oblitum artis officium reducti articuli meditantur, manus ramosa distenditur et purgata vitio dextra saluti reducitur.

(52) Recte creditur inserendum illud quoque miraculum. Bobolinus quidam de XVII vico Novio velle vehementer inimici pervasus insidiis, ad hominem dei vinculis nexus adducitur, rebelli spiritu rotatus excutitur nec lassatur. (53) Qui exorante sancto viro quasi de longo itinere ad se suamque mentem septimo die revertitur. Sic dupliciter liberato dum fugit umbra de sensibus, catena cadit de manibus, sanus redditur et solutus.

(54) Hoc etiam memoriae iure perpetuo est tradendum. Quidam ex Nantharici XVIII familia, separatis ab invicem maxillarum iuncturis, ore aperto ad virum beatum perducitur. (55) Quem signo crucis inpresso et sanitati reddito vetuit, ne acciperet vini potum aut carnis edulium. Qui praecepto postposito ad normam sui languoris statim reductus est. (56) Sed ne praevaricantis negligentia iusto subtraheret gloriam, in Spedoteno villa rursus ei oblatus est. Cuius loca maxillarum sancto perunguens oleo ac beatis manibus mentum adstringens et labia, Christi nomine invocato concussa 30 sanctis digitis ad se iunctura revertitur, suae fidei merito salvus domum reducitur.

(57) Item faber Ligerius nomine turbolenti daemonis arreptus insania, ita bestiali XIX feritate proruperat, ut catenis collo manibusque revinctus vix ad beati viri traheretur praesentiam: inde miserabilior, ut qui sustinebat ab hoste violentiam ipsi adderetur altera poena per vincula. (58) Quem tamen sacerdos dei apud se imperat detineri: et sicut septimo die deus quievit ab opere, ita et opera dei transacta ebdomade eripitur a daemone. Et sic in propria redire securus meruit liberatus ab hoste.

(59) Waddo vir inluster consilii regis particeps typum dupliciter incurrens febris XX et frigoris, expurgandus sancti viri praesentatur obtutibus. Interea hora solita febre 40 concussus gravissima, ut refrigeraretur vel aqua instanter expostulat. Qua sibi denegata in sancti pontificis insolescit iniuriam. (60) Vir tamen dei contentus ut obtineret victoriam, oratione explicata potum ei donans in calida, hominem revocavit salutem ad pristinam et imminens periculum tali curavit antidoto, febrem curans per calidam.

1 hoc] esse *add. G* 4 gildomires *P¹* quid *P¹* 8 integre *G* 11 potuerat *P*
 13 miglidonensis *G* familia *P¹* 15 hic *P* 21 duplitem *P¹*, *item infra* 24 nantharici] *PG, an Nemptodori? (Nanterre) Mabillon, sed homo erat* 25 aperto ore *P* 26 signum *P*
 31 salua domo *P¹* 33 reuinctis *P* 37 et sic] sicque *G²* redire] *G²*, sidere *P¹*, residere *P²*
 38 uuaddo] *cf. Greg. Hist. Fr. VII, 27* 40 degata *P¹* 42 dans *P¹*, *corr.* homini *P¹*
 43 calida *P¹*

- XXI (61) Nec illud est praetereundum similis causae miraculum. Reginae Chrodosinthae minister Vlfus nomine typo vexabatur gravissime, poscens suffragia medellae perrexit ad pontificem. Quem vir dei constanter ducit ad baptisterium, sed exorante sancto coepit adfligi gravius in proximo liberandus. (62) Postulat ardens et aestuans aquae modicum sed negatur. Qui fellis amaritudine suscitatus acerrime balteum suum ad 5 sancti vestigia proiecit clamans: Tu me domine interficis, cum sanare debueris. Sed hoc tibi notum sit, quia per te morior. Vita mea a te erit requirenda a rege vel a parentibus. (63) Interdum prae calore per baptisterii pavimentum volutatur, orante beato viro in sopore convertitur et aliquantulum post somnum excitatus ab ipso in omni incolomitate languidus reformatur. (64) Inquisitus a pontifice, cur tantum locutus 10 sit ad iniuriam sacerdotis, respondit solum ei gratias referens, nihil se de suis verbis recordare confessus est.
- XXII (65) Praecellentissimus Childebercthus rex cum equum necessarium ad sellam beati viri donasset vehiculum, rogat ipse qui dederat, ut eum sibi retineret nec cuiquam 15 tribueret. (66) Interim beatus vir postulante captivo equum donat in pretio, quoniam apud pontificem plus fuit quam illa regis vox pauperis. Iubet igitur ut quindecim eum venundaret solidis: quem pauper ipse cum duceret, negotiator occurrit, emit praedictum equum duodecim aureis. Quo empto negotiator adducit ad stabulum. (67) Sed quoniam minus dederat quam vir dei praeceperat, equus sub nocte moritur, ne sancti verbum iret in cassum. Vnde sequenti die sellarem de stabulo iunctis 20 bubus extinctum retraxit emptor mortuum vehiculum. Qui versa vice capistro non capite sed pedibus adligatus educitur.
- XXIII (68) Est operae pretium illud memoriae tradere, qualiter sacerdos Christi solitus erat de ipsis quoque regibus triumphare. Igitur cum glorioso Chlodchario regi occurrisset ex solito nec tamen de sancto viro stante ante palatium ei fuerit nuntiatum, 25 mora facta ante vestibulum non repraesentatus inde domum revertitur. (69) Sequens nox in oratorio vigiliis ducitur, rex dolore atque febris infestatione torquetur. Vix primo diluculo ad domum ecclesiae a proceribus concursatur, poena regis exponitur, ut sua visitatione regi doloris vim mitiget optimates deprecantur. (70) Mox apud pietatem iniuriae causa postponitur, qui ante nec nuntiabatur intrat honoratus et ex- 30 oratus palatium. Rex vix adsurgit de lectulo, caesum se divino flagello conqueritur. Adlambit sancti palliolum, vestem sacerdotis deducit per loca doloris. Culpam confessus criminis, mox dolor omnis fugatus est. Idque actum est, ut cuius incurrerat de contemptu periculum sentiret tactu remedium.
- XXIV (71) In pago Parisiaco Vico Novo res gesta est. Quidam in eodem loco impetu 35 lupi rapidi laceratus, extra sensum effectus beato sacerdoti miseranter oblatas est. (72) Hic ad illa suae artis recurrens suffragia, mox brachio olei benedicti liquore circumlito et sacris eo digitis medicabiliter adtrectato, pestis illa quae viscera dolore grassante pervaserat loca fugit obsessa: iam putredine resoluta, vigore pristino restituito, sine cunctatione velut experrecto de sopore dolor recessit, mens rediit. 40
- XXV (73) Item de vico Mantola Waldulfi cuiusdam ancilla anno et novem mensibus gravi caecitate percussa, per soporem admonita, ut fimbriam sancti si tangeret mox visum reciperet, die quadam sacerdoti occurrit: sed multa nocte circumdata ita con-

1 chrodosinthae] *G*, chrodosintae *P*¹, chrodosindis *P*², chlotsinda *Greg. Hist. Fr. IV, 3* 9 sopore] *P*
 12 est] *eras. G*² 15 pretio] interdictum *G*² quoniam apud] quoniam pod *P*¹, *corr.* 16 illa]
eras. P 19 quam] quo *P*¹, qua *P*² 20 incassu *P*¹ 24 chlodchario] *PG*, chlotharii *arm. VII, 16, 33*
 25 palacio *P* 26 repraesentatas *P*¹ 29 regis (*P*) uim] *eras. P* 30 quo *P*¹ 31 assur-
 gens *G*² 32 palloum *P*¹, pallium *P*² 36 rabidi *G*² 37 artis suae *P* 38 eum — ad-
 trectatum *P* 39 uigori pristino sine cunctatione restituitur, ac uelut *G*² restitum *P*¹, restito *P*²
 40 experto *P*

strictis luminibus, ut unde oleum benedictum iniceret luminis aditum non praestaret. (74) Tamen perunctis palpebris desuper et loca reliqua capitis, oratione data, pane et sale signato mulieri praecepit ad mansionem se condere. Ipse a primo somno in oratorio pervigil, circa medium noctis mulier clamat hospitem se lacrimare profuse. 5 Tum accenso lumine ab oculorum conpage cernit manare sanguinem. (75) Quae cum eodem cruore mane ad sanctum rediit, sed et ipse cum aqua palpebras fovens et abluens, orationibus additis oculus unus apertus est, deinde altero peruncto mulier domum revertitur. Dehinc eadem sub nocte nimium fuso sanguine, adpropinquanti die sacerdoti se obtulit. (76) Qui cum de regis occurso domum reverteretur, ingressus 10 in oratorium, statim mulieri alter oculus aperitur et praestante domino gemello videre se lumine gratulatur.

(77) Magnofledis puella cum talibus decepta inluderetur insidiis, ut quotiens ad XXVI ecclesiam voluisset accedere gressum facere non valeret, servo dei in villa Savara praesentata est. (78) Confestim ut sancti manus super caput puellae titubantis in- 15 ponitur, tali investigatione occultus hostis detegitur et se diu latuisse multo gemitu confitetur nec in beati praesentiam clamat proprio se posse celare praestigio. Ergo ita se proditum et egressurum gravi ardore conqueritur. (79) Interim non cessante sacer- dote manu crucem depingere, expectantibus omnibus in muscae similitudinem pro- rumpens, cum sanguine de naribus mulieris inimicus egressus est. Quam sanitati 20 restitutam, monachale veste mutatam, dei servitio traditam bis triumphare fecit, hoste victo vel saeculo.

(80) Quid illud quod sine mora curavit debilem dexteram? Cum ad festivitatem XXVII sancti Martini Turonis accessisset, egresso de monasterio offert se mulier barbara manu nervis adtracta, postolans medicinam. Quam sub casula receptam suo sputo 25 inlitam velut sparsum farinae collectum commacerat. (81) Hinc resudante dextera digitus tendit et replicat, torporem veteratum ad vivacitatem resuscitat, et priusquam veniret ad beati Martini ianuam, digitis suis extensam reddidit incolorem dexteram. Quam mox sentiens esse directam mulierem a se repulsus est ingressus basilicam.

(82) Deinde egrediente de praedicta basilica, cum se ad mansionem servus dei XXVIII reciperet, offert se manca altera palma digitis adfixa, quae prius tacta de saliva, de- hinc oleo peruncta peregrinae sanitati de praesenti est reddita. Nam causas infirmi- tatis hoc erat sancto viro curare quod tangere.

(83) Erat sane mirabile, quotiens famulus dei ad Augustidunum voluisset acce- XXIX dere, mox ad sanctum Synphorianum daemones nuntiabant. Et occurrentes per Mur- vinnum fletu gemituque clamabant: Vir sancte, si de locis cultis nos inconsideranter 35 repellis, vel habitare concede silvarum per solitudinem, ut liceat miseris per deserta securos errare. Ante tuos oculos nec corpora nos celant nec nemora. (84) Qui de- flentes et sancti non tolerant praesentiam admota eius dextera de obsessis corpo- ribus passim vertebantur in fugam et de salute populi proiecta daemonia lamentabant.

40 (85) Producat in medio nobile illud miraculum. Cum regrederetur pontifex de XXX sancto Synphoriano, castello Avallone iter agens ingreditur, ubi reorum multitudo tenebantur ergastulum. (86) Hinc a Nicasio comite invitatus ad prandium vir dei

1 aditus *G* 2 reliqua capitis loca *G*² 8 adpropinquanti] *PG* 9 ingressus in oratorium] *P*,
quo ingresso oratorium *G*¹, ingressus oratorium *G*² 10 se videre *P* 12 magnofledis *P* 13 ac-
cedi *P*¹ regressum *G* 15 hostis] *P*, hospes (*G*) 16 praesentiam] *P* 17 cessanti sacer-
diti *P* 20 manachili *G*¹, monachali *G*² 23 turonus *P* 27 redd& *P* 28 sentiens esse]
sentisse *P* repulsus est] *P*, repulit *G* 29 egrediente] eo *add. G*² 30 palmam *P*¹ qua *G*
31 peregrinae] *P*, peregrina *G*, pristinae *vulg.*, *cf. Carm. II, 16, 156* 33 quotiens] quia quotiens *G*²
agustiduno *P*¹ 34 muruinno *P*¹ 37 quae *P*¹ 39 lamentabant] *PG*¹, *cf. Carm. app. 1, 19*
40 medio] *P* 42 tenebantur] *P*

coepit de misericordia habere conloquium, ut datis fideiussoribus relaxarentur de vinculo et partem culpae cederet pietatis intuitu. Quod ille facere distulit obstinato spiritu. (87) Vnde antequam perpranderet, se de mensa sanctus proripuit et carceri subterraneo subiectus diutius oravit cum fletu, ut divino conferretur auxilio quod a temporale iudice non esset obtentus. (88) Sic cursus ille lacrimarum per aera surgit in caelum et gemitus pervenit ad votum. Itaque deputatur angelus ad effectum. Dehinc vir venerabilis spem promittens inclusos ortatur. Nec perdit sermo, quod loquitur fide gestis inpletur. (89) Eo discedente mox catenarum bacae franguntur, vincetae ianuae reserantur, dies in carcerem reducitur, damnati de tenebris in lucem procedunt nec diutius poena tenuit quos torqueret. (90) Sic erepti Parisius occurrunt pontifici qui periclitabantur inclusi. Sed ut culpabilibus aliquid plus conferret, a rege quidquid fisco pro his debebatur obtinuit.

XXXI (91) Dehinc ad sanctum virum Nicasius cum vellet occurrere et iam praesentatus, mox gravissimo casu in terram prostratus est, et paene omnibus salutis distitutus solatiis, ipso sancto intercedente, homini desperato virtus et sensus regressus est. Mox balteum quo cingebatur et spatam pro munere beato Germano contradidit, quod ipse comes dato pretio post redemit. (92) Id actum est, ut quod prius incarceratis concedere distulit hic duplicato foenore debitor compensaret et aucta dote damna sarciret, prius pro eis differens, post et se ipsum redimens: ante nec illis pius, modo et de se trepidus didicit casu proprio aerumnis succurrere alienis.

XXXII (93) Prorsus illud stuporis retexatur in pagina. Eunte sancto viro ad beati martyris Synphoriani occursum, dum de vico Cervedone in Murvinno progreditur, habitatores loci occurrentes suggerunt, ut segetem Panitiae mulieris viduae nihil habentis residui, quae ab ursis vastabatur, visitare praeciperet et sancto suo adventu repellatur incursio. Qui concitus ministris inidentibus ad locum perducitur et oratione data desuper fecit signaculum. (94) Hinc instinctu divino in parentales bestias feralis ira succenditur, odium nascitur in affectu, in pace pugna committitur. Furore bestiae bis armantur, statim praefocatur unus ursus ab altero et ipse qui restiterat, dum vellet foras egredi, saepis palo transfoditur. Sic utrique vastatores uno momento perimuntur et ipsi sibi confestim arma mortis effecti sunt. (95) Post ipsi redeunti mulier pelles ursorum obtulit ex studio et quasi victori suo repraesentat spoliis, quod tamen omnino ipse recusavit accipere: et qui prius riserant paenitere coeperunt videntes miraculum.

XXXIII (96) Et quoniam de dei dono non debet esse fastidium, illud etiam breviter ducimus explicandum. Beretrudis quaedam mulier Munsvinthe matrona dum tempore laetantiarum praecaecatis oculis non posset ire cum populo, audiens chorum psallentium cum lacrimis domni Germani inplorat auxilium. (97) Tertia sequenti nocte per soporem visus est ei vir beatissimus adstare prope lectulum et quasi caecis oculis fecisset signaculum. Evigilans mulier marito narrat quae gesta sunt. (98) Mox stillante sanguine dies oculis redditur et diurnum post nubilum lumina sereno radio micuerunt. Clariscente quoque die ad missam cum populo progreditur mulier in processu, ita ut sancti viri sic visa per somnium esset imago remedium.

XXXIV (99) Adest nec minus laudabile reddita vita infantulae. Cum in Turonico illustri viri Pienti matrona expositae filiae lamentaret extrema et obseratis oculis nec

2 cederent P 4 subiectus G¹ conferretur] P²G², confereretur P¹ 5 esset obtentus] PG
= obtinisset 8 bacae] cf. Greg. M. S. Mart. I, 23 uictae P 9 prodeunt P¹ 11 culpabilis P¹ 13 uellit P, item infra 14 distituto P 15 ipsum sanctum intercedentem P
17 concere P¹ 19 nec] PG 22 moruinnum G 23 paniciae G 24 qui e corr. P et]
uel G² 25 concitem P 28 prouocatur P 30 post ipso G 34 donum P XXXII ante
illud P 35 matrone P¹ 40 diurno P 41 missa P¹

anhelitem mobilem respiraret infantula, ad sancti viri praesentiam tota committit praesidia. (100) Qui per missum invitatus, quantum valet ad conclamatae puellae cada-
verem properat. Exceptus multis fletibus deplorante familia adpropinquat subsellio,
quo iam rigebat infantula. Caelum vim facit questibus. (101) Fere transacto inter
5 haec unius horae spatio mobili singultu flatus puellae reducitur, viscerum vitalis calor
per membra diffunditur. Dehinc paulatim animata potum poposcit, ut biberet. Tum
a beato viro pane signato vel calice degustato infantulae revocatae de funere totum
vertitur in salutem. Quae post in monasterio beatae Radegundis felicioris vitae ter-
minum consummavit.

10 (102) Quidam clericus deiuxta monasterio beati Silvestri in Ternoderinsem cum XXXV
die dominico, ut loquimur ex consuetudine, caligas circinasset, debilitatem manuum
vel pedum incurrit. Sed de beato Silvestro gressus recepit officium, per soporem ad-
monitus occurrit sancto Germano poscens salutis compendium. (103) A quo interro-
gatus causam culpae confessus est. Tum imperat clerico ut clamaret per populum,
15 ne quis temere die operaretur dominico. Quo quinto die transacto, superfuso oleo
debilis palma redigitur et ad propria eundi cum libertate dimittitur.

(104) In pago Amoniense quod gestum est replicetur. Roteiaco villa Parisiaca XXXVI
ecclesiae septem ei viri debacchantes oblati sunt. Quibus curatis unus qui graviore
vexabatur spiritu cum exire cogere, homini dei professus est, expulso se de illo
20 loco gravem lamentationem Parisiacis facere. (105) Tunc fugata pestis de sancti
Germani transitu famam fudit per populos et pastoris pro obitu gregem movit in
fletu. Qui tamen inerguminus etsi seminavit mendacium, expulsus non defendit ob-
sessum.

(106) Et quia iusti opera crescere cogebant miracula, item in praedicto loco XXXVII
25 offertur ei paralyticus, membris dissolutus, carpento subvectus, gressu distitutus et
actu. Quem sanctificati olei liquore perfuso, cum cutem summam tetigisset, vigor me-
dullas introiit. (107) Dehinc redivivae manus ad usum mobilem redeunt, thorace
pectoris vitali adpulsus fit fortior, genua columnaris inbecillitas roboratur, plantae
solidatae baside subriguntur. Inter haec tota membrorum fabrica reparatur: qui san-
30 nitate recepta, redeunte sancto viro, occurrit in itinere praeparato exenio, gratias
Christo referens de reddito corpusculo.

(108) Nec hoc praetereundum est, qualiter simile merito claruit virtus in altero. XXXVIII
Igitur Emmegiselus de vico Bucciaci quidam puer admodum parvulus membris para-
lyticus in cella Parisius ad sanctum virum manibus baiolantium delatus est. Nec
35 dextra vicens mobile nec planta surgens stabile nec lingua sonans volubile, totus
debilitatis marcere captivus, quodammodo sine naturae ordine in rerum natura prae-
fusus. (109) Quem continuatim per triduum sacro liniens oleo, sanitati restituens uno
sub momento voce, manu, vestigio, cunctos stupor amplectitur, clamor in caelo edu-
citur, omnem artem medicorum sanctum superasse Germanum.

40 (110) Item de vico Bucciaci quidam occurrit Parisius ita manu contracta, ut un- XXXIX

1 mobili P 2 cadauerem] P, cf. p. 21, l. 33 3 subsellium G 4 rigebat] G², rege-
bat P infantula] in mg. add. P² caelo uim faciens G² transactum — 5 spatium P
6 defunditur P 8 rathegundis P 10 ternoderinsem] P, ternoderinsim G 12 incurrat G
officii P¹ 16 redigetur P, redditur G, dirigitur Mabillon redeundi P 17 roteiaco] PG, rote-
giaco vulg., cf. p. 22, l. 24 20 parisiacis] se add. G 21 fama P¹ 22 fletu] P¹ 24 idem
P 25 distitus P 26 cutes summa P 27 mobili P¹ 28 adpulso G genua]
PG, est acc. graecus, genuum Mabillon coniecit 29 baside] P, basi** G, cf. carm. VIII, 12^a, 2
31 reducto P¹ 33 buciaco P 34 sella vulg., cf. p. 20, l. 41 est] per triduum uoce, manu,
uestigio, stupore concutitur, rumor in partes tollitur, gratias creatori referentes hominem a quo morbis iugiter
et mortibus imperetur add. P, e sequentibus repetita, cf. p. 19, l. 37 et p. 20, l. 29 36 quodammodo]
quod ad modum P perfusus P 38 cunctis P caelo] P

gnium acumen palmam foraret in intima. Qui tantum oris sui ducta saliva pollice nervorum distensionem, manus reformat imaginem.

- XL (111) Retinet eius lareas et pagus Bituricus. Igitur pastor bonus cum de vico Novigento ad Vicum Novum visitandi gregis cura solita pervenisset, offert se quaedam vetula annorum bis quaterna gerens in caecitate curricula. Cuius super oculos 5 signum nostrae redemptionis sacerdos inponens, imperat ut sequens iret qua pontifex pergeret. (112) Altera quoque die cum praedicto occurreret ei ex improviso, sanguine manante de lumine largo fonte salutem suam oculi lacrimabant. Quae inter reliquos adstantes a sancto viro conspicitur. Qui tollens se de consessu mulierem vir dei trahet in diversorio, quo sibi erat cubiculum. (113) Cuius lumina aqua tepida suis manibus 10 abluens diem refudit in oculis. Quae mox lucem inspicit, sancti viri digitos insatiata gaudio suis immersit faucibus, pariterque ministris conpunctione deflentibus videre se hominem, qui caecis pro pecunia in domo lumina dispensaret. Sed haec in cubiculo praesente me gesta sunt.
- XLII (114) Cum ad possessionem ecclesiae quae dicitur Inaethe sacerdos accederet, 15 quidam ei fit obviam conquerens de quadam villa se solum incolomem esse, universos vero accolae gravi taedio laborare. (115) Cuius eulogiis ad infirmos portatis statim ab aegrotis languor omnis fugatus est et primo gustu eulogiarum morbus cum pane consumptus est. Sic fuit ab illa turba cum esca sanitas manducata.
- XLIII (116) Item cum Parisius ad basilicam beatae crucis vir dei procederet, mulier 20 parvulum in albis ultimo flatu palpitantem et iam migraturum ante sanctum exposuit dicens: (117) Pie pater, si velles ad lamentantem respicere, mater flebilis non orbarer, neque hinc discedere male plenam gemitu vacuatam de fructu. Nisi festines succurrere, vides infelicem extorquente morte rapi natum ab ubere. Aut filium restitue aut pariter cum ipso funeraturam me obtine. Indulge, pastor, miserae, quam 25 suus dolor facit audacem. (118) Qua flebiliter poscente, mox ut beati dextera supra expirantem signum crucis impressit, quasi vigil de sopore lactem matris expetivit qui iam frigeat in funere. Ita momento temporis filius de mortis fauce, mater tollitur de maerore. (119) Hinc circumstans populus stupore concutitur, fragor in partes at-tollitur, gratias creatori referentes de praemio, tempore sacerdotis praecipui, a quo 30 morbis iugiter et mortibus imperetur.
- XLIII (120) Deinde accedente in Bradeia vico pagi Parisiaci, missa celebrata, ei in sacrario cathedra deportata offertur paralytica universorum membrorum damnata gerens officia, nullum vigorem retinens plantae vel dexterae. (121) Mox habens in eo fiduciam qui dona sibi larga praestabat, eam ut vitalis olei benedictione superlinivit, 35 statim morbus excluditur, salubris vigor inlabitur recreatisque visceribus melius renascitur saluti quam germine, plus adquirens ex munere quam sumpsisset origine, ita ut suis postea manibus tunicam sancto faceret quasi adquisitae tributariae medicinae.
- XLIV (122) Tradidit memoriae quod iuvat in laude. Itaque Audegiselus maior domus regiae cum quartano typo graviter ageretur, occurrens beato viro, fidens de beneficio. 40 Homo dei in sua cella deputat et cum uno diacono residere iubet inclusum. Tum anxius et ieiunans minister, quid faceret excogitat trepidus unde curaretur infirmus.

1 quo P	3 bituricus P	4 novigento ad vico novo P	7 pergit P	ei] om. P
sanguinem manantem P	8 salutem P	9 adstante sancto P	consensu P ¹	trahet] P,
iubet ire G ²	10 diversorio] P	qui P ¹	11 quam mox lucem ut inspicit P	13 dono P
15 possessionem P ¹	16 obuius (G)	conquerens ***** de G	uilla] praeteriret add. P	
esse] respondit add. P	17 eulogias P ¹	18 eulogiis P ¹	21 palpitantem P	23 male] P,
malle G ²	27 lactem] P	28 momenti P	30 praecipuo P	36 salubrius P
quam germine P	38 adquisita tributaria P ¹ , adquisitae tributariae G		39 XLIII et sic deinceps P	
tradidi G ²	audigisilus G			

(123) Idecirco febricitantem virum dei servi racena undique obvolutum conponit eius in lectulo. Eadem quoque die tacta vestis nobilis quasi impetus fluminis, itaque quartanae febris ignis omnis extinctus est. (124) Et redeunte de prandio, reserato cubiculo sanus surrexit e lectulo, exultante ministro pro sanitatis praemio, tunc sibi

5 resolutio ieiunio. Sic tactu beati vestis salutem operatus est absens.

(125) Exsequamur itineris arepti viaticum. Itaque cum Pictavis vir dei ad bea- XLV
tum confessorem proficisceretur Hilarium, quaedam Baudofeifa de Sene Corbiaco villa inter duos vix advecta ei repraesentata est, quae erat muta, cloda vel manca. Lin-
gua rigeat immobilis, anhelitu palpitante pars erat tota de funere, ut videntibus
10 oculis relicum esset cadaveris. (126) Super quam misericorditer ut signum sacrae
cruccis expressit, confestim omnis vigor per membra diffunditur, venarum flexuosi
rivuli suscitantur, nervorum inbecillis stupor excutitur, naturalibus motibus ad vitalem
usum tota fabrica renovatur. (127) Mox linguae plectrum resolvitur, digitorum glomi
tenduntur, pedum basides solidantur totamque viscerum molem hoc fuit apud sanctum
15 vivificare quod tangere. Quae convaliscente medella tertia die civitatem sancto gratias
referens suis occurrit vestigiis.

(128) Operae pretium creditur etiam illud inserere curationis praeconium. Pagum XLVI
Vindocinensem vir beatus dum praeteriret, in Rausidonem manendi gratia declinavit,
ubi tanti robor benedictionis invaluit, ut stipulam lectuli in quo vir sanctus requievit
20 quisquis fideliter abstulit, donum medellae portaverit et de semine paleae frugem
meteret medicinae.

(129) Reddat hic testimonium nobilis facti urbis Namnetum. Quo vir dei acce- XLVII
dens, religioso admodum exceptus obsequio, occurrit ei Tecla Damiani matrona ho-
minis prompti negotiis, supplicans ut virum suum aut ipse pastor aut missi sui re-
quirent. (130) Quod quia ipsi fuit accessus difficilis; sic cum crismariis suis dia-
25 conum dirigens. Qui percurrans ad hominem, ut sibi iussum fuerat, infirmi viscera
tangit. Altera die exoratus ipse sacerdos accedit ad debilem, qui duplice sub tortore
hinc pressus validudine inde podagrae vulnere cruciabatur homo miserandus procaciter.

(131) Tum sacerdos altissimi infirmum oleo benedicto perunguens, eo momento debilis
30 statim manibus directis longinquo de languore gressu solidato prosilivit. (132) Sed
ut duplicaretur in una domo mysterium, quae praecessit in patrem medella perveniret
ad prolem, habentes filiam, haec offertur ei puella Maria caeca, surda et muta. Ex-
ponunt vivum cadaverem ante sancti vestigia dicentes: Bone pastor, adhuc quod huic
languidae medicina restat impende. Nam tibi credimus reservatum, unde teneres
35 praeconium, ut restituta familia adquirat a sacerdote quod amisit de germine.

(133) Tunc pietas insignis advocatur in lacrimis, mox ad militiae suae belliger arma
convertitur et ad obtinendam victoriam preces offert fortis orator. Tunc vir beatus
surgens ab oratione, oleo benedicto loca perunguens capitis, in trinitatis nomine
depulso languore, statim patefactis aurium oculorumque meatibus, plaudentibus uni-
40 versis muta loquax effecta est. (134) Quo facto negotiatores civitatis Namneticae

1 febricitanti viro — obvoluto P racena] P¹, lodice G², rachaena G³, cf. βάρυτος Gloss.
2 nesti G impetus] PG itaque] que eras. G 3 quartanis P 5 tactus G 6 pec-
tauis P 7 aelarium P¹ baudofefa P 8 cloda] G, cf. *carm.* III, 18, 16. X, 17, 37
11 flesuosi? P¹, corr., fluxuosi G 12 biuuli? P¹ naturalis P 14 pedu P¹ basides] P¹,
bases P²G², cf. *supra* p. 19, 29 17 pago vindocinense P 18 rausedunem P manens P¹
19 ut] *add.* P² 20 quisquis fideliter abstulit] *in mg.* P² 22 urbis] P, urbs G nametum P,
nammetum *semper* G 23 relegiosum — obsequium P dammiani G 24 negotii P 25 sic]
om. G 29 perunxit (G) 30 prosiluit G 31 mysterium] et *add.* P²G² patrem] P
medellam? G 32 habentis filia P 33 cadauerem] P huic languidae] ubi languidi P¹
37 conuertur G¹ 38 trinum depulit languorem G 39 patefactus P¹ 40 muta loquax uni-
uersis P

quisquis sui remedium pecuniam ut potuit sancto viro dispensandam pauperibus devote vel obtulit vel direxit.

- XLVIII (135) Leudegiselus inluster, iuxta quod ipse professus est, cum aliquis ex familia suae domus incurreret typhum cuiuscumque aut aliquid frigoris, lavans illas litteras quas in subscriptione manus sancta depinxerat, quam plures suos hac medella saluti restituit. 5
- XLIX (136) Breviter his perstrictis prosequamur ex reliquis. Cusinus quidam incongrue dum die dominico equo curam impenderet, missa manu in vulnere digitus eius intumuit. Hinc grassante fervore tota pars brachii relaxatur putredine. Qui per Belsam sancto iterante ut ad domum suam diverteret precibus fuis obtinuit. (137) Mox eius brachium vir dei aqua calida confovit, insuper oleo benedicto perunguens, superpositis 10 caulis foliis mirificus medicus adligavit. Sic quidquid inerat ulceris pretiosa cura restinxit. Post ipse gratias referens sancto viro occurrit tali curatus malagmate.
- L (138) Item servus ecclesiae Libanius nomine die dominico saepem inconsulte dum clauderet, manus ei contractae sunt ultione praesenti, qui ad sanctum virum Parisius morbo castigante percurrit. (139) Quem, olei benedicti liquore perfuso, mysterii po- 15 tius unguento resperso, addita oratione incolomitati restituit.
- LI (140) Per singulorum compendia currant rerum miracula. Namque Andulfus ecclesiae Parisiacaе clericus dum die resurrectionis in vineola sua nuces ab arbore excuteret, pro eo quod operatus est in die inluminacionis, caecitate percussus est et vultu tenebroso perstitit anni spatium. (141) Dehinc pontifici oblatum et sancto perunguine 20 perfusus, diei rursus redditus et sacerdotis serenam purgavit clerici nubilum. Sic quidquid minister amisit medicabilis praesul obtinuit.
- LII (142) Et quia crescant genera miraculorum per tempora, cum regi praesentaturus vir beatus occurreret villa Roteiaco, clericus ei nequitiae spiritu vexatus adducitur. Vnde expulso adversario, videntibus circumstantibus velut avis parvula de capite in- 25 erguminis umbra fugata egreditur. (143) Quam dum reliqui per domum volentem insequerentur, ipse sanctus suis eam contrivit vestigiis, et cum pede conprimeretur, conversa est repente fallax in sanguinem geminato praeconio, ut nec calcaretur et sui casus indicio multifarius artifex fieret sanguis reus sanguinum.
- LIII (144) Producat pagus Vxominis inter nostra quod suum est, ne teneatur in ob- 30 scuro posteritati res luminis. Si quidem vir sanctissimus ad villam Tasiliaco cum declinasset itinere, offertur ei mulier cui duplex morbus erat, inde vetustas hinc caecitas. (145) Salutem deprecari verbis trementibus incipit, qua supplicatione motus senis mulieris et debilis, oratione praecedente, oleo superfuso lucernae oculorum reddunt luminis radios et datis specularibus tenebrae fugerunt. Qua inluminata deo reddentes 35 gloriam, per quem Christus operatur adstantes sancti Germani praeconati sunt merita.
- LIV (146) Dinumerandi sunt morbi, ut praedicetur fons medici. Daningus Ardulfi filius ita capite, oculis et totis hydropis morbo tensus erat visceribus, ut in utris similitudinem quasi totus venter esset penetratis vitalibus, velut vitrum perluceret infecta cutis intrinsecus. Qui a medicis desperatus ad beati confugit extrema sorte remedium. 40 (147) Quem mox vestibus exuto et sacris manibus peruncto, hydropis inclusus liquor liquore consumitur et aqua infusione olei desiccatur. Sic modo admirabili nec umor foris egressus est nec intus languor retentus est, arte praedicabili umorem ex umore siccare.

5 subscriptionem G 7 dum] G, cum P, cf. partem I, p. 398 equum P eius] add. P²
 8 belsa P 9 iterante] PG 11 cauli P 12 malagmate] G, est maligmate P, cf. carm. II, 4,
 15: tali malagmate inunctis 13 sepe P, saepe G 14 parius P 16 unguentum respanso P
 20 spatio (G) perunguine] P, ***unguine G¹, ab eo unguine G² 21 sereno P¹ 25 circum-
 stantes P¹ inerguminis] PG 27 conpremeret uersa P 29 suus P 30 uxsomensis G
 31 posteritatis P 38 tenuis P¹ 40 ab (G) beatum P 41 exutum — perunctum P
 42 liquore] liquorē P¹ ne P¹

(148) Item cum ad basilicam beatissimorum Gervasi et Protasi vigilaturus acce- LV
deret, quidam caecus institit misericordiam postolare. Cui vir dei praecepit inter
altare sanctorum reliquias ut iaceret. (149) Quo peracto, primo diluculo mox super
oculos signum crucis intulit, lux effulsit. Et totus labor medici curam virtute crucis
5 inpendit.

(150) Mulier de Vxominse petens redemptionem a sancto viro, qua sorte nihil LVI
accipere meruit. Dehinc Britannus presbyter pro infirmitate rectoris patriae suae be-
nedictionem praedicti et reliquias expetiit. Qui iter suum egrediens mansionem in
villa qua praedicta mulier habitabat obtinuit. (151) Quam maritus adlocutus, ut sicut
10 alii et ipsi ad reliquias domni Germani occurrerent. Quae dispexit pro eo quod ei
sanctus vir redemptionem non dederat. Sed statim in loco quo stetit velut fixa stipite
gressum movere non potuit manibusque contractis ad reliquias sancti manu mariti
portata est. (152) Inter haec dicti paenitens miserante pio viro saluti reducta est,
confitens eius dispectu sibi repentinum accessisse periculum.

(153) Et quoniam suo merito semina salutis per quae dispersa sunt, contigit ut LVII
venerabilis Flameris abba de Canone Toronico manu beati Germani subscriptam ac-
cepisset epistolam. (154) Qui cum suum monachum per duos annos febribus decu-
bantem ad lectulum visitaret, requireret infirmus unde venisset pagina. Respondit abba
a domno Germano sibi fuisse directam. Quam petiit sibi porrigi. (155) Qui de sub-
20 scriptione eius lingua detergens litteram, salus descendit in viscera et atramenti pic-
tura cuncta vicit unguenta. Vnde adprobatum est languido recuperato, ut dicamus
communiter, de sancti subscriptione sibi sanitatem linxisse.

(156) Dehinc cum ad Carnonam castellum accederet, quidam se ei ingerit manu LVIII
contracta debilis, pro eo quod die dominico aliquid operatus sit. Quem praecepit in
25 villa Cariaco post se festinum occurrere. (157) Quo accedente, dum digitus eius sacro
perungeret oleo, subito sicca palma reviriscit ex altera. Adstricta cutis ossibus inter-
currente umore relaxavit articulos, iuncturae paene disiunctae retenduntur in digitos,
ariditas diuturna suffusa reflorescit in vena statimque vulnere clausa dextera inter
manus medici sana redditur et distensa.

(158) Accidit ut sanctus vir remeans de Namnetico domum Nunnichi illustris in- LIX
lustraret vestigio. De cuius veste matrona rapto fideliter filo recondit in oratorio,
quae valitudinem inruens vigiliis in honore sancti sollemniter celebratis ac missa re-
vocata de praesenti curata est. Ita beatissimus non solum manu sanavit quod tetigit,
sed nominatus curas sparsit.

(159) Attila vir inluster ac regalis aulae domesticus conruens in balneo laeso LX
graviter brachio computruerat ipsa tota manus ab humero. Qui medico adhibito, dum
curam velit inpendere, rupta vena viscerum paene omnis in momento vitae sanguis
effusus est. (160) Nuntiatur pontifici hominem esse in funere, pietatis impulsu oc-
currit senior, quem lacrimis conclamantum sine ulla spe oculis clausis obpressum in-
40 venit expositum. Cuius vix adaperit fauces cum cultelli manubrio, oratione prius data
intulit ei in ore paulolum aquae frigidae semel, secundo vel tertio. (161) Interim
ipse expectans quis esset rei exitus, adsedit circa lectulum. Transacta fere hora
redivivo singultu exanimatus concutitur, molli motu anhelitus evocatus reducit. Fau-

6 uxomise P sorte] (PG) 7 britannum (britanum P) presbiterum PG 8 expetit P
11 quae P¹ 13 potestate P¹, pertracta P² 14 siue P¹ 15 per quae] *scripsi*, per qua P, per
quaeque G² ut] *superscr.* P² 16 toronico] P 18 requirer] P uenisset sed paginam P¹
19 porrigit P¹ 20 discessit P 22 subscriptionem P 27 articulo P¹ 29 medicis P¹
30 nammetico PG inluster P 31 uestem P 33 manum PG 35 atilla? P¹ laesit
grauiter brachium iamque computrescebat ab humero corrumpens etiam manum G² 39 spe oculis] spe-
culis P 43 examinatus P motus anhelitu P

- quisquis sui remedium pecuniam ut potuit sancto viro dispensandam pauperibus devote vel obtulit vel direxit.
- XLVIII (135) Leudegiselus inluster, iuxta quod ipse professus est, cum aliquis ex familia suae domus incurreret typum cuiuscumque aut aliquid frigoris, lavans illas litteras quas in subscriptione manus sancta depinxerat, quam plures suos hac medella saluti restituit. 5
- XLIX (136) Breviter his perstrictis prosequamur ex reliquis. Cusinus quidam incongrue dum die dominico equo curam inpenderet, missa manu in vulnere digitus eius intumuit. Hinc grassante fervore tota pars brachii relaxatur putredine. Qui per Belsam sancto iterante ut ad domum suam diverteret precibus fuis obtinuit. (137) Mox eius brachium vir dei aqua calida confovit, insuper oleo benedicto perunguens, superpositis 10 caulibus foliis mirificus medicus adligavit. Sic quidquid inerat ulceris pretiosa cura restinxit. Post ipse gratias referens sancto viro occurrit tali curatus malagmate.
- L (138) Item servus ecclesiae Libanius nomine die dominico saepem inconsulte dum clauderet, manus ei contractae sunt ultione praesenti, qui ad sanctum virum Parisius morbo castigante percurrit. (139) Quem, olei benedicti liquore perfuso, mysterii potius unguento resperso, addita oratione incolomitati restituit. 15
- LI (140) Per singulorum compendia currant rerum miracula. Namque Andulfus ecclesiae Parisiaca clericus dum die resurrectionis in vineola sua nucas ab arbore excuteret, pro eo quod operatus est in die inluminacionis, caecitate percussus est et vultu tenebroso perstitit anni spatium. (141) Dehinc pontifici oblatus et sancto perunguine 20 perfusus, diei rursus redditus et sacerdotis serenum purgavit clerici nubilum. Sic quidquid minister amisit medicabilis praesul obtinuit.
- LII (142) Et quia crescunt genera miraculorum per tempora, cum regi praesentaturus vir beatus occurreret villa Roteiaco, clericus ei nequitiae spiritu vexatus adducitur. Vnde expulso adversario, videntibus circumstantibus velut avis parvula de capite in- 25 erguminis umbra fugata egreditur. (143) Quam dum reliqui per domum volentem insequerentur, ipse sanctus suis eam contrivit vestigiis, et cum pede conprimeretur, conversa est repente fallax in sanguinem geminato praeconio, ut nec calcaretur et sui casus indicio multifarius artifex fieret sanguis reus sanguinum.
- LIII (144) Producat pagus Vxominis inter nostra quod suum est, ne teneatur in ob- 30 scuro posteritati res luminis. Si quidem vir sanctissimus ad villam Tasiliaco cum declinasset itinere, offertur ei mulier cui duplex morbus erat, inde vetustas hinc caecitas. (145) Salutem deprecari verbis trementibus incipit, qua supplicatione motus senis mulieris et debilis, oratione praecedente, oleo superfuso lucernae oculorum reddunt luminis radios et datis specularibus tenebrae fugerunt. Qua inluminata deo reddentes 35 gloriam, per quem Christus operatur adstantes sancti Germani praeconati sunt merita.
- LIV (146) Dinumerandi sunt morbi, ut praedicetur fons medici. Daningus Ardulfi filius ita capite, oculis et totis hydropis morbo tensus erat visceribus, ut in utris similitudinem quasi totus venter esset penetratis vitalibus, velut vitrum perluceret infecta cutis intrinsecus. Qui a medicis desperatus ad beati confugit extrema sorte remedium. 40 (147) Quem mox vestibus exuto et sacris manibus peruncto, hydropis inclusus liquor liquore consumitur et aqua infusione olei desiccatur. Sic modo admirabili nec umor foris egressus est nec intus languor retentus est, arte praedicabili umorem ex umore sicari.

5 subscriptionem *G* 7 dum] *G*, cum *P*, cf. *partem I*, p. 398 equum *P* eius] *add. P*²
 8 belsa *P* 9 iterante] *PG* 11 cauli *P* 12 malagmate] *G*, est malignate *P*, cf. *car. II*, 4,
 15: tali malagmate inunctis 13 sepe *P*, saepe *G* 14 parius *P* 16 unguentum respanso *P*
 20 spatium (*G*) perunguine] *P*, ***unguine *G*¹, ab eo unguine *G*² 21 sereno *P*¹ 25 circum-
 stantes *P*¹ inerguminis] *PG* 27 conprimeret uersa *P* 29 suus *P* 30 uxsomensis *G*
 31 posteritatis *P* 38 tenus *P*¹ 40 ab (*G*) beatum *P* 41 exutum — perunctum *P*
 42 liquore] liquorē *P*¹ ne *P*¹

(148) Item cum ad basilicam beatissimorum Gervasi et Protasi vigilaturus acce- LV
deret, quidam caecus institit misericordiam postolare. Cui vir dei praecepit inter
altare sanctorum reliquias ut iaceret. (149) Quo peracto, primo diluculo mox super
oculos signum crucis intulit, lux effulsit. Et totus labor medici curam virtute crucis
5 inpendit.

(150) Mulier de Vxominse petens redemptionem a sancto viro, qua sorte nihil LVII
accipere meruit. Dehinc Britannus presbyter pro infirmitate rectoris patriae suae be-
nedictionem praedicti et reliquias expetiit. Qui iter suum egrediens mansionem in
villa qua praedicta mulier habitabat obtinuit. (151) Quam maritus adlocutus, ut sicut
10 alii et ipsi ad reliquias domni Germani occurrerent. Quae dispexit pro eo quod ei
sanctus vir redemptionem non dederat. Sed statim in loco quo stetit velut fixa stipite
gressum movere non potuit manibusque contractis ad reliquias sancti manu mariti
portata est. (152) Inter haec dicti paenitens miserante pio viro saluti reducta est,
confitens eius dispectu sibi repentinum accessisse periculum.

(153) Et quoniam suo merito semina salutis per quaquam dispersa sunt, contigit ut LVIII
venerabilis Flameris abba de Canone Toronico manu beati Germani subscriptam ac-
cepisset epistolam. (154) Qui cum suum monachum per duos annos febribus decub-
bantem ad lectulum visitaret, requiret infirmus unde venisset pagina. Respondit abba
a domno Germano sibi fuisse directam. Quam petiit sibi porrigi. (155) Qui de sub-
20 scriptione eius lingua detergens litteram, salus descendit in viscera et atramenti pic-
tura cuncta vicit unguenta. Vnde adprobatum est languido recuperato, ut dicamus
communiter, de sancti subscriptione sibi sanitatem linxisse.

(156) Dehinc cum ad Carnonam castellum accederet, quidam se ei ingerit manu LVIII
contracta debilis, pro eo quod die dominico aliquid operatus sit. Quem praecepit in
25 villa Cariaco post se festinum occurrere. (157) Quo accedente, dum digitus eius sacro
perungeret oleo, subito sicca palma reviriscit ex altera. Adstricta cutis ossibus inter-
currente umore relaxavit articulos, iuncturae paene disiunctae retenduntur in digitos,
ariditas diuturna suffusa reforescit in vena statimque vulnere clausa dextera inter
manus medici sana redditur et distensa.

(158) Accidit ut sanctus vir remeans de Namnetico domum Nunnichi inlustris in- LIX
lustraret vestigio. De cuius veste matrona rapto fideliter filo recondit in oratorio,
quae valitudinem inruens vigiliis in honore sancti sollemniter celebratis ac missa re-
vocata de praesenti curata est. Ita beatissimus non solum manu sanavit quod tetigit,
sed nominatus curas sparsit.

(159) Attila vir inluster ac regalis aulae domesticus conruens in balneo laeso LX
graviter brachio computruerat ipsa tota manus ab humero. Qui medico adhibito, dum
curam velit inpendere, rupta vena viscerum paene omnis in momento vitae sanguis
effusus est. (160) Nuntiatum pontifici hominem esse in funere, pietatis impulsu oc-
currit senior, quem lacrimis conclamantem sine ulla spe oculis clausis obpressum in-
40 venit expositum. Cuius vix adaperit fauces cum cultelli manubrio, oratione prius data
intulit ei in ore paulolum aquae frigidae semel, secundo vel tertio. (161) Interim
ipse expectans quis esset rei exitus, adsedit circa lectulum. Transacta fere hora
redivivo singultu exanimatus concutitur, molli motu anhelitus evocatus reducit. Fau-

6 uxomise P sorte] (PG) 7 britannum (britanum P) presbiterum PG 8 expetit P
11 quae P¹ 13 potestate P¹, pertracta P² 14 siue P¹ 15 per quaquam] scripsi, per qua P, per
quaeque G² ut] superscr. P² 16 toronico] P 18 requiret] P uenisset sed paginam P¹
19 porrigit P¹ 20 discessit P 22 subscriptionem P 27 articulo P¹ 29 medicis P¹
30 namnetico PG inluster P 31 uestem P 33 manum PG 35 atilla? P¹ laesit
grauiter brachium iamque computrescebat ab humero corrumpens etiam manum G² 39 spe oculis] spe-
culis P 43 examinatus P motus anhelitu P

cium meatus relaxatis visceribus, spiritu intercurrente reducitur, paulatim convaliscens vita de morte revertitur. (162) Dehinc quasi de sopore expergefactus interrogat, ad caput eius quis fuit? Adesse domnum Germanum a circumstantibus dicitur. Postulat manum sancti sibi dignanter porrigi, ita incipiens alloqui: Domne, tu me revocasti longo euntem itinere. Statimque obtulit sacculum plenum pecunia et balteum amplius ponderis, quos pauperibus erogaret mercedem vitae vel gratiae.

LXI (163) Pergens Augustidunum vir sanctus Rotagiaco dum pervenit, conperit ab Abbone quosdam retrusos in carcere. Igitur pro absolvendis supplex tribuno suggeret, sed ille durus non annuit. Hinc ipse cauto consilio dum dicit se campum circumire, currit devotus ad carcerem. (164) Itaque ad exorandum provolutus sternitur, ibique tempore nocturno catenae discussae sunt, validus tormenti rigor ad fragmenta redigitur. Sera gravis inliditur, postis cardine vellitur, feralis carcer recluditur, damnati ad vitales auras quasi redeunt de sepulchro. (165) Ita fit ut ei Rotagiaco matutino tempore ingressi occurrerent et qui sancto non praestitit pro absolutis reis tribunus reus effectus est.

LXII (166) Igitur cunctorum saluti semper instans sollicitus cum Bituricas accessisset pro ordinatione Felicis episcopi, praedicante sacerdote Sigerius quidam Iudaeus fidei sacramento percepto conversus est, habens in Iudaismo Mammonam nomine coniugem. (167) Quae cum de conversione nec mentionem reciperet et per missos beati admonita refugeret, facta ab eo vigilia doctor ipse profectus est. Quae cum beatum virum nec visu vellet intendere, cantato cursu tertiae manum suam pontifex ad mulieris frontem dignanter admovit pietatis ex opere. (168) Statim a circumstantibus de mulieris naribus scintillante igne fumus egredi visus est, ut cunctis claresceret eiecto insidiatore mulierem usque tunc illum saluti suae repugnasse per obsidem. (169) Tum exhonorata inimici fasce respirans confessa est numquam se prius faciem beati viri potuisse conspicere. Qua petente ac precante effici Christiana in propria domo promeruit et quasi capite subdito exemplo eius multi Iudaeorum conversi sunt.

LXIII (170) Decet hic illud inseri, qualiter peregrinola sit revocata lux oculi. Itaque pergens Augustiduno pro ordinatione Syagrii episcopi, huc inter reliquos cives Florentinus inluster pro consensu dilatus est habens naevum in oculo, speciositate derogans aliquantulum, ne florens haberetur in vultu. (171) Interea dum laudes adclamantur episcopo, a quodam ignorante ex improviso percutitur eodem in oculo evulsusque de loco coepit supra maxillam dubio pendere cum visu. Qui cursu praepropero ad beatum Germanum cum clamore prosequitur multa concrepitans, ut loqui solet calamitas. (172) Tunc sancti Germani manu lumen in loco reducitur et ab eo ad beatum Synphorianum dirigitur. Qui pro ipso tamdiu vigiliis institit, donec emissus oculus purgata pristina macula, addito beneficio integrior redditur et melius reddit post vulnera quam quod natus fuerat per naturam. (173) Qui Florentinus deinceps Matascone ordinatus est episcopus.

LXIV (174) Quanta vero fuerit virtus eius signaculi, adest inter reliqua res ista testimonii quae producit in sequenti. Cum de basilica sancti Martini ad villam sanctae ecclesiae Severiaco recurreret, adiungit in itinere quendam Amantium iuvenem, quem deprehendit a Iudaeis duci nexum in ferreis. (175) Requiritur quid fecerit. Puer respondit veraciter ob hoc duci in vinculis, quia se recusaret legibus subdi Iudaicis.

3 a] ad P 5 eunti in itinere? P 7 agustudunum P 8 suggeret] P 9 capto G
 se] add. P² 10 carem P¹ 12 serra P potes P¹ 16 salutis G bytoricas P, bytu-
 ricas G 20 uisum P¹ 24 obsidem tum exhonorata] obsedentum exhonorata P 26 christiana
 in] P¹G, cum add. P² 28 peregrinolare P reuocati P¹ 29 agustuduno P, agustidunum G
 30 speciositate] P¹G¹ 32 euulsoque P 34 multa] se add. P 36 amissus PG 37 red-
 dit] PG 38 matascone P 44 in] om. G

Tunc dissimulabant cum clave Iudaei vincula ferri reserare. Facto a sancto viro de-
super crucis signaculo mox ferri sera revellitur.

(176) Itidem cum Parisius ad basilicam sanctorum Gervasi et Protasi orandi causa LXV
procederet, ianuis obseratis ingressus illi negatus est. Tunc requisitis clavibus nec
5 ipsis aperientibus sic reseravit pessolum facto crucis signaculo. (177) Stupor animus
invasit praesenti miraculo aperire de virtute quod clave duce non potuit. Haec quo-
que veneranda praesente me gesta sunt.

(178) Et quia beato viro nullum obstitit metallum, cum ligna, saxa, ferramenta LXVI
ante ipsum soluta sunt, accidit una dierum Parisius orationem cum daret ad ostium
10 carceris sequenti nocte trusus apparet lumen in carcere. Visus est eis admonere quod
foderent, ut foris procederent. (179) Qui dicentes ad invicem domnum Germanum se
vidisse et signa singuli referunt. Inventa costa de pecude fodientes amovent lapidem
et praedicto amico dei occurrunt ad ecclesiam matutino tempore, cum rediret ad re-
quiem. Sic multis causa salutis fuit imago pontificis et ad vicem beati Petri dedit
15 nostri sacerdotis ipsa figura remedia. (180) Dehinc illis ereptis tribunus civitatis
saevire coepit in milites, deputans eorum fuisse neglegentiam quod viro sanctissimo
deputatur ad gloriam. Conversa in custodes iracundia iudicis, qui solebant adservare
tradidit servandus in carcere et ablatis clavibus iudex fit custos custodibus. (181) In-
terim vir beatus tribunalum vocat ad prandium, ac dum pariter sederent in eodem
20 convivio, ad mensam sancti viri occurrunt et ipsi qui fuerant missi pro reis in con-
pede. Claves habens in manibus cum tribunus de ereptis vix crederet quod videret,
agnoscens se sic custodisse similiter sicut et milites carcerem, data vicissim venia
culpa transit in gratiam.

(182) Inferat Aurilianis nobilem viri praeconium. Qua de civitate vir sanctus LXVII
25 progrediens damnatorum voces exaudivit in carcere, quo certe subterraneum habebatur
ergastulum. Quo super ascendens et prostratus accubans orationem dedit amicus
Christi cum lacrimis. (183) Prorsus obtentu oraculi insequenti nocte carcere patefacto
ad basilicam sancti Aniani confugiunt. Et ita beatus pontifex quamvis praetereundo
post se reliquit suffragium.

(184) Non fastidium sit audire quod Christus praestat fidelibus, dum miraculorum LXVIII
30 simul virtus crescit et numerus. Itaque sanctissimo occurrit quidam Parisius, cuius
quasi pugnus extuberaverat oculus, ut etiam dictus vergeret in ruina post vulnera.
Quo rogante vir dei de saliva oris sui oculum inliniens medellam lumini revocavit et
gratiam.

(185) Moverta quaedam Parisius pustulam habens in brachio, cruciata doloribus, LXIX
35 occurrens beato viro pari medicamine tactu salivae curata est.

(186) Sed si exsequamur miraculorum singula, quae suis gestis praesenti florne- LXX
runt in vita, non erit modus in pagina, quia quaecumque pontificis se convertit prae-
sentia, nulla morborum generibus defuit medicina, et quanta se obtulerunt languentium
40 vulnera, salutis fudit tot semina. (187) Nam quae prima pontificis exsequamur vel
ultima, cum per salivam oris sui multa curata fuerint ulcera, purgata sint inergumina?
Ante quem quamvis occulte venisset hostis nequitia, statim se manifestavit fraudolenta
fallacia, ac de conspectu sancti viri quia celari non poterant nec tolerabant praesentiam,
terribili ululatu sua gemebant incendia, passim per loca volitantia exponebant

2 euellitur *G* 4 requitis *G*¹ 5 pesculum *P* 6 aperire] *PG* 9 accedit *P*
11 se] *add. P*² 12 referent *P*¹ 15 trib; *P*¹ 17 conuersa] quo conuersa *P* 18 tradit *P*¹
20 eis *G* conpende *P*¹ 22 miles *P*¹ ueniam *P* 24 nobilem] *P* 26 prostratur *P*¹
27 oraculo *P* 32 oculus ut] oculum *P* 33 orisui *P* 35 mouerta] *P*, meoberta? *G*¹, item
apud eandem urbem quaedam femina pustulam *G*² 38 uita] haec sine fine sunt coepta *add. P* quae-
cumque *P* 41 multa] *om. P* 44 uolitatia *P*

et crimina, suspensi per aera frequenter nec interrogati confitebantur et nomina, cum saepe suo impulsu currebant ad sanctum virum crucianda daemona. (188) Cuius minister quo loco sancti tangebatur baculo, illic inerguminus pendebat religatus aereo vinculo et quasi clavis adfixo tenebatur vestigio.

LXXI (189) Et quia sancto viro saepe inimici tendebantur insidiae, ut aut equus lapsus 5 incurreret vel ramus arboris tangeret aut aqua vallis vel glacies periculum generaret, mox qui aut quanti aut qualiter totum inergumini a se factum omnem confitebantur et numerum. (190) Cum vero pedem efferret de domo vel ecclesia, videres strages daemonum ante tanti pontificis ac triumphatoris obtutum. Cadebant circa sancti catervatim vestigia diversis modis effusa, haec muta illa clamantia, illa fixa haec 10 lubrica, et velut ad iudicem dum gesta referrent propria, non effugebant tormenta. (191) Sed ad sancti praeconium quanta est haec laudatio, cum ineffabiliter multa et stupescenda fierent sub momento?

LXXII (192) Ceterum eleemosynis quantum fuerit prodigus, explicari non poterit nec si totius populi vox in uno se glutinet. Qui frequenter contentus una casula vel tunica quidquid erat residui nudum pauperem vestiebat, ut inops calefieret largitore argente. (193) Quanta etiam fuerit redemptionis effusio, nullatenus explicabitur vel loco vel numero. Vnde sunt contiguae gentes in testimonium, Hispanus, Scottus, Britto, Wasco, Saxo, Burgundio, cum ad nomen beati concurrerent undique liberandi iugo servitii. (194) Cum vero aliquatenus nihil esset prae manibus, tristis sedens et 20 anxius, severior in vultu, austerus erat alloquio. Tunc si fortassis ab aliquo invitaretur ad prandium, compellebat convivas aut ministros proprios, ut conferentes pariter unde vel unum captivum servitio liberarent, et sic aliquantulum sacerdotis respiraret animus ex maerore. (195) Quod si dominus aliquid per manus sancti dispensandum alicunde dirigeret, mox in spiritu praevidens solitus erat dicere: Gratias agamus divinae clementiae, nam unde fiat redemptio adpropinquavit. Continuo sine ambiguitate praesens probabatur effectus. (196) Quod dum accepisset in manibus, resoluta ruga frontis vultu florebat senior, gressu pergebat alacrior, lingua fluebat iocundior, ut crederes hominem pro redimendis aliis se ipsum servitutis vinculo liberandum.

LXXIII (197) Quis vero digne repetat, quanta virtus verborum ab ore rotabatur, cum 30 praedicaret in populum, ut omni litteraturae nasceretur stupor et fieret in commune generalis conpunctio atque ex ore dicentis crederes, ut verba formarentur ab angelo, dum plus quam homo loqueretur translatus in mentis excessu, cum abrasis maculis sinceritate dogmatis pectora plebis cogeret divinis efflagrare pigmentis. (198) Qui equitans in itinere semper de deo aliquid aut verbo contulit aut cantavit. 35

LXXIV (199) Cursum nudo capite dicens, etsi nix aut imber urgueret: cum vero venit ad mensam, confestim recitans adfuit minister divina colloquia, ut inter cibi fereula animi pastus alimento plus saturaretur conviva. Nullum tempus interpolans quo non aut aliis prodesset aut non ipse proficeret.

LXXV (200) Quantum vero vigiliarum curam semper inpenderet, quis enarret aut toleratos algores ardore fidei praedicet, cum frequenter in lectulo, antequam reliquos de sopore commoneret adsurgere, quinquaginta psalmos vel amplius indefessus in templo sui pectoris domino decantaret? (201) Sed quis illum furtum felicem vel audiens senserit vel visu deprehenderit, cum ipse de lectulo frequenter sine caligis ne sentiretur ab aliquo perrexit in oratorio, nullum sibi cupiens testem in illum furtum praeter 45

3 sc̄o tangebant P ¹	11 ad] ante G	effugebant] PG	13 stupescenda P ¹	14 aely-
monis P	explacari P ¹	16 largitorem argentem P	19 unaso P ¹	25 alicunde] P ¹ ,
aliunde P ² G	27 praesentis (praesenti P ²)	probabatur effectu P ¹	28 serenior G ²	31 omne P
32 dicentes P ¹	33 excessum G	34 efflagaret P ¹	39 alia P ¹	40 quantum] PG
41 reliquo P ¹	45 oratorio] P			

- Christum occurrere? Qui celebrata vigilia remeans ad lectulum, quasi nihil egerit, tunc primum reliquos excitaret. (202) Quanta vero ad psallendum fuit constantia, dum velut ferri rigore induta caro subsisteret, dum saxa frigus decrustaret et aquas in crustam verteret? Qui cum suis visceribus dimicaret et vinceret paene se ipsum
- 5 obliviscens, ut domestico tormento superato corpore de se triumphum in pace factus martyr acquireret, ut se mutantibus clericis sine vicissitudine ipse decantandi modulamina non finiret. (203) Cum paene hoc incredibiliter dicitur quod scitur: et tertia noctis hora ingreditur in ecclesiam, non est egressus ulterius psallentium ab ordine, donec clariscente die decantatus sollempniter cursus universus consummaretur ex canone.
- 10 (204) Cum vero domum regrederetur fatigatus aetate vel frigore, aut inlata diversorum inquietabat suggestio aut ab ipso requirebatur ubi praeberet suffragium, ut etiam ad requiem reclinanti vel paululum de querellis occurrentum adflictorum vel pauperum crux pararetur in lectulo, postponens suas iniurias ne suggerentum premeret inlata necessitas.
- 15 (205) Paratus pro misericordia, semper currens pro venia pater et pastor populi, LXXXVI ad se alienas causas transferens et querellas, aut pro parte mitigabat dolores compatiens aut quantum posset ex toto curabat corde subveniens. (206) In tantum quoque sacris amplificatus provectionibus etiam diem beati sui transitus ita praedixit ut subdimus. Ante aliquos dies nam vocans ad se notarium suum imperat in cubiculum
- 20 supra lectum suum scribere hoc tantummodo: Quinto Kalendas Iunias, sed nescientibus omnibus quid hoc esset post eius sanctus discessus manifestavit de saeculo. Nam neque hoc ei dominus familiari animae abscondere pertulit. (207) Denique eadem die post peractum praelium beatus migravit ad Christum. (208) His et consimilibus studiis occupatus ac semper intentus fere octogenarius per orbem mirandus actibus,
- 25 adiungendus martyribus, apostolis adgregandus, glorificandus meritis, coronandus in populis, raptus corporeo vinculo, immaculato spiritu beatis fidei dotibus perpetualiter victurus victor evolavit ad caelos regnante domino nostro Iesu Christo, cui est gloria honor et potestas in saecula saeculorum. Amen.

VITA SANCTI ALBINI.

- 30 (1) DOMINO SANCTO ET APOSTOLICIS MERITIS REVERENTISSIME PRAECONANDO DOMNO I DOMITIANO PAPAE FORTVNATVS VESTER. Memini, vir apostolice, cum ad urbem quam Christo praesule regitis vestris praesentandus obtutibus occurrissem, inter reliqua maturitatis consulta quae sensus vester torrentis more mihi visus est inundare etiam

3 substeret P¹ 5 triumphatum P 6 modulamina] *cf. carm. II, 9, 53* 8 ingrediens G²
 eccles P psallentem P 9 decantatis P 10 fatigatus] G, factus P 11 requirabatur P¹
 13 suggerentem P 17 possit P corda P¹ 18 exemplificatus P etiam] ut etiam G²
 transitu P¹ 19 nam] *cf. carm. VI, 10, 29* cubiculum] P, cubiculo G 20 tanto modo P
 quinto kalendas iunias sed nescientibus] *Luchi transposuit*, sed nescientibus quinto kalendas iunias *codd.*
 21 scdm P¹ 23 migravit] *cf. Greg. Tur. Hist. Fr. V, 8* hic ē cum similibus P 24 octua-
 genarius P urbem P mirandis P 25 adipiscendus P 26 raptus] P, ereptus G²
 27 cui est gloria honor (et onor P²) et potestas in saecula saeculorum. amen] *om. P¹*
 29 INCIPIT PROLOGVS IN VITA SANCTI ALBINI EPISCOPI E, *prologum om. X* 30 DOMINO — VESTER
ex E supplevi, cf. Rosweydam in AA. SS. Mart. I, p. 57 APLICOS E¹, *cf. carm. V, 5 tit.* REVE-
 RENTISSIMO E 31 domitiano] *cf. carm. II, 27* 32 presule *suppl. E²*

de sacratissimo viro Albino vestro antestite vos fecisse tenuiter mentionem, ut eius vita, quae inmarcescibilibus meritis florere probatur caelestibus inpressa libellis ad aedificationem plebis humanis etiam fixa conderetur in chartis: duplici beneficio populis consulitura, dum et in illo cernerent admiranda quae colerent et in se respicerent quod unusquisque sagaciter emendaret, id est dum apud unum tot praedicanda 5 cognoscerent, apud se resecaere vitia singuli non differrent, quatenus tam unica beati viri relatio medella publica fieret audientium.

II (2) Intellegitis sane velociter fugientes a saeculo memoriae subripi, et si de vita sanctissimi neglegantur aliqua cito lapsura litteris alligari, non facile rursus in animum recipi quod semel inceptum oblivione temporis invadente subduci. (3) Huius 10 rei impulsor quidam postmodum mandata vestrae beatitudinis exequens a me si quidem annuerem inconperendinatim id fieri flagitavit. Illud vero adiciens, ut quae ipse de gestis sancti viri Albini iuxta fidem conpererat eo insinuante indubitabiliter propalarem, in hoc se magis querimoniarum mole conficiens, eo quod quae praedictus 15 vir occulte quidem sed digna relatu gesserat per veritatis indaginem nec ad ea singula meruerit pervenire et aliqua se de cognitis memoraret a memoria abolevisse. (4) In his autem qui meminit sine ambiguitate suo testimonio populum nobis attulit assentantem, cum certe de eius praeteritis dubitare non liceat qui operatur in singulis cotidie elariora.

III (5) Congratulatus sum relatori, eo quod de vestris nutrimentis talis vir adole- 20 verit, qui iniuncta sibi tam strenue peroraret et de proprio aliquid causa venustatis non incompetenter offerret, immo dilucide ipse per se quod aliunde poposcerat explicaret. Si quidem quidquid de illo elicitur, vestris hoc praeconiis deputatur, quoniam est meritum magistri laus discipuli et ministri solatia sunt pontifici ornamento. (6) Quod cum ego meae exiguitatis conscius attingere trepidarem, re vera qui nove- 25 rim hoc debere committi exertis ingenio, facundis eloquio, devotis officio, probatis stilo, qui sunt sensu divites, linguae rota torrentes, famulatu celeres, carmine coruscantes, cum ante vestram peritiam ipsa Ciceronis ut suspicor eloquia currebant vix secura, et cui apud Caesarem Roma aliquid deliberans Aquitanico iudice forsitan Gal- 30 liam formidaret, incongruum esse persensi, | quod a me infra doctorum vestigia latitante res alta requireretur, quem ad scribendi seriem nec natura profluum nec litteratura facundum nec ipse usquequaque usus reddit expeditum, cum etsi voto traherer, rei magnitudine deterrerer, quia radiantem vitam si pigri relatoris impar lingua praedicat obsoletat et quod inluminare debuit hoc nube sermonis abscondit, ubi ageretur 35 rectius, si quae ab aliis poscitis ipse ederetis. (7) Vnde certus intellego non vos posse huiusmodi quopiam indigere, sed id voluisse ut de peregrinis etiam nostra vobis aliquid sitarcia non negaret, velut si quicquam inter fruges triticeas sterilitatis meae ordiatia conferant. (8) Nunc itaque causas ambiguitatis in arbitrii statera suspendens, eligo rusticus agnosci per oboedientiam magis quam indevotus effici per doctrinam, 40 ut cuius fastidire poteritis eloquium saltem adprobetis affectum, et ne mihi videlicet

29 *Quintil. inst. X, 1, 114*: C. vero Caesar si foro tantum vacasset, non alius ex nostris contra Ciceronem nominaretur.

4 constituta E 11 ad E si quidem] *scripsi*, si quid E, quod *Surius* 13 conpererat] *Surius*, computaret E 17 qui] E, quae *Surius* 23 praeconiis] *Surius*, premiis E 24 et in ministri solertia *Surius* pontificis ornamenta *Surius* 29 roma aliquid deliberans] E, romae libere licuit uti *Surius* forsitan galliam] in gallia forsitan *Surius* 30 incongruum esse persensi] *om. Surius* quod] quid ergo *Surius* 37 sitarcia] E, satartia *Surius*, *gr. σιταρτία* 38 conferant] E 40 et ne] hoc autem *Surius*

in hoc opere ad aures populi minus aliquid intellegibile proferatur. (9) Idcirco tota mediocritate contentus etsi relator ineptus tamen beatae vitae cupio gesta breviter intimare: superest ut qui novit me oboedire magis quam praesumere ipse fluctuanti paginae portum suae dexteræ subministret, qui vivit et regnat deus per omnia saecula saeculorum. Amen.

(10) Religiosorum vita virorum quantum est meritis clarior tantum voce crebrior populorum, quia dum illis universis beneficia tribuit, in suam laudem linguas excitat singulorum, ad quod perspicacissime propalandum vita vel gesta beatissimi Albini deducantur ad medium. (11) Igitur Albinus episcopus Veneticae regionis oceano Britannico confinis indigena, non exiguis parentibus oriundus, immo digni germinis dignissima proles emergens, decus quod sumpsit ex genere felicis vitae meritis ampliavit, dum in illo et quod glorificaret Christus elegit et quod universus veneretur mundus effulsit. (12) Qui inter ipsa novellae iuventutis exordia tanto fidei fervore flagravit, ut parentes ad quorum desiderium solet infantia festinanter recurrere pro karitate Christi magis iste voluntarie reliquisset et velut hostes animae carnales affectus effugisset, credens sibi sufficere, si omnem dilectionem in solo caelesti patre plantaret. (13) Mox in Tincillacense monasterio tanta animi humilitate domino placiturus se subdidit, ut salva morum honestate nihil sibi de ingenuitatis privilegio vindicaret, ubi quem origo liberum genuit famulum voluntas addixit, intellegens magis esse laudabile, ut amore Christi nobilitas inclinaret quod erat quam cum fastu quaereret apparere quod non erat.

(14) Proficiebat denique in eo exercitationis cotidiana processus, ita ut ultra se semper ascendens meritis non reliquos vinceret, sed edomito corpore de se ipso potius triumpharet. (15) Quis enim expediet, quam fuerit in ieiuniorum parcitate praecipuus, in vigiliarum delectatione propensus, in orationis assiduitate laudabilis, in miserationis opere singularis, ut et hostem qui sibi repugnabat extingueret et unde se solus affligeret cunctis spes maxima subveniret? (16) Erat enim ad oboediendum promptus, ad vitia calcanda maturus, ita ut in ipso iuvenili tyrocinio iam senibus esset exemplum, hoc solum habens cum homine commune quod natus est, ceterum totum voluit esse Christi quod vixit. (17) Non oculum voluptati, non aurem ludibriis, non animum accommodans levitati, sed semper se regens anchora gravitatis, talem se intra monasterii saepta tractavit, ut vel si quando processit ad publicum esset infra carcerem sui cordis semper inclusus, nec aliud extra se respiciendum praetulit quam Christum, quem in pectore fidelis portitor baiulavit.

(18) His igitur studiis occupatus in tantam vitae claritatem pervenit, ut eius devotum servitium mundo dominus per miracula testaretur. Denique cum adhuc puerulus per pagum in abbatis sui proficisceretur obsequium, applicante eo apud quendam tanta detonuit violentia tempestas tantusque se pluvialis imber effudit, ut ipsam domum nec sua tecta defenderent. (19) Cum ergo prae magnitudine pluviae casa pro campo constaret, madefactis omnibus qui eodem tenebantur hospitio, solum beatum Albinum tunc imber tangere expavit, quia ubi flammam fidei sensit ne iniuriam faceret se gutta detorsit. (20) Quo conperto, conscientiae sanctitas quae celabatur in annis innotuit meritis, eo quod in flore adolescentiae virtutis odore fraglaret.

(21) Dehinc caelestibus donis cum aetate crescentibus, annorum circiter triginta VIII

1 opere] praecauendum est add. *Surius* 3 me — praesumere] mederi magis *Surius* 4 qui
— 5 AMEN] om. *Surius*, EXPLICIT PROLOGVS. INCIPIIT VITA add. *E* 6 tantum] *E*, cf. *carm.* X, 2, 6
12 ueneretur] *E* 16 delectationem *Surius* 17 tincillacensi *E*, cincillacensi *Surius*, item infra c. 16,
cf. *carm.* XI, 25, 7 28 iuuenibus *Y* 36 mundi *E* 42 conscientia sanctitatis *Surius*
43 fraglaret] *E*, cf. *carm.* II, 4, 28

et quinque monasterii rector et pius pater eligitur, quippe qui suo splendore ad se traxerat dignitatem. Interea sub magistri censura congregationis disciplina vernabat, ubi severitate districta licentia peccandi perierat. (22) Fervebat ergo pietatis intuitus, exultabat psallendi concentus, coruscabat inter fratres oboedientiae radius, praecellebat sanctae karitatis ornatus, quia sicut erat ad vitia eradicanda sollicitus, ita ad in- 5 serenda dona caelestia circumspetus. (23) In quo abbatis officio per viginti quinque annos congregationem sibi commissam feliciter gubernavit.

IX (24) Et quia tanti meriti fama sepulta non latuit, sed felicibus pennis cuncta pervolans occupavit, contigit Andecavam civitatem pastoris gubernatione nudari. Tunc universitate populi, eo humilitatis studio resistente, ad pontificalem gradum duce 10 Christo concordanter eligitur. (25) Qui honorem debitum sacerdotii consecutus, ita se in eleemosynis pauperum, in defensione civium, in visitatione languentium, in redemptione praebuit captivorum, ut beata unius actio generale fieret salvamentum, quibus ex studiis caelestes in eo fructificaverunt virtutes.

X (26) Igitur in civitate Andecava cum ei quaedam mulier Grata nomine debilitate 15 contractas manus habens nervis stupescens occurrisset, signum crucis super infirmam dexteram fecit. Hinc praemortuae palmae prius se vivax tepor infudit, item sequenti die in ipso loco ut ab eo signaretur se obtulit. (27) Quo facto, coeperunt venae suos excursus agnoscere, tertia vero die ubi super eam sigillum crucis inpressit statim se arentium digitorum fila laxaverunt et recepto ministerio mulier in Christi 20 nomine rediviva dextera se signavit.

XI (28) Quadam vice cum ad vicum Geginam praeteriens accessisset, adolescentem Alabaudum nomine amisso vitae reperit iam munere. Audiens autem a parentibus extremam filii mortem deplorari, occurrit et ut mortuum vivum erigeret se in orationem prosternit, cui incumbens diutius oravit. (29) Dum pallesceret iacens sacerdos 25 in pulvere, animae vivacitas rubescebat in corpore, donec pulsato caelo, patefacto tartaro, iuvenis revocaretur a funere sacerdos a prece. (30) Deinde cum Asiaticum monasterium paterna sollicitudine visitasset, quidam ut ei succurreret iam fide inluminatus caecus exclamat, cui ut sanctae crucis medicamentum inposuit, tam fuit illi lumen cito recipere quam quaesisse. (31) Item Andecavis cum quidam Maurilio clau- 30 sis oculis lucem sibi restitui postularet, tum pontifex se ad nota arma convertens, mox signum venerabile supra palpebras eius extendit, velut balista fortissima penetratis tenebris crux post se caeco lumen invexit. (32) Item cum Marcellinus circiter decem annos transigens in nubilo caecitatis, tractus ad beatum pontificem pervenisset, ubi signum adorandae crucis super oculos eius extendit, statim erumpente sanguine, 35 effugatis tenebris lux intravit.

XII (33) Illud etiam nobis est factum memorabile recensendum. Cum illustri Aetheria iussione regia persequente in Dullacense villa militum custodia teneretur obsessa, tunc ovi periclitanti succurrente sancto pastore, solus ut a nullo cognosceretur ad ipsam ingreditur: quo viso amplectens eius vestigia lugens mulier inhaerebat. (34) Tunc 40 infelicis custodis insana procacitas dum vult eam quasi lupus a veste pastoris evellere, iniuriam vir sanctus excepit. Tunc illo insufflante in eius faciem temerator sacerdotis celeri morte multatus est. (35) Hinc terrore urgente reliqui reverentiam habuerunt pontificis et unius poena fecit alios immunes a culpa nec prius a muliere

6 per xx^{ti} — 7 feliciter gubernavit] *E probe, cf. infra c. 20, per viginti et quinque — feliciter gubernavit Surius, per quinque annos — feliciterque gubernavit Mab.* 9 contigit] eo tempore *Mab. (non Surius)* 10 populi] concordante quamvis *Mab. (non Surius)* 12 elemosinis *E, alimoniis Surius* 22 vicum geginam] vici geniensis *Greg. M. S. Mart. IV, 14, cf. Longnon, Géographie p. 306* 23 alabaudum] *E, malabandum Surius, alabaudum Mab.* 32 mox] mox ut *Surius, sed cf. carm. X, 6, 122*

discessit quam dato regi pretio ipse eam liberaret. Sic uno momento et salus fuit supplicii et mors extitit praesumptori.

(36) Nec id quidem est omittendum quod tradi memoriae fit votivum. In vicum XIII cuius vocabulum est Albivia piae devotionis studio sanctus pater accessit. Vbi dum
5 quidam caecus ab eo opem misericordiae postularet, coepit idem, quia dudum captus fuerat infestatione daemonii, corporis vexatione torqueri. (37) Tunc in orationem, cui semper animi sancta devotione vacabat, corpus etiam prostravit raptumque lumen pristinum reddidit oculis et pestem inmundi spiritus effugavit. O ineffabilis gratia pietatis, a qua dum substantia sola petitur, triplex remedium obtinetur, victu pavit
10 egenum, muneravit visu caecatum, reddidit libertati captivum.

(38) Itemque occurrente eo regi Childeberetho Parisius, nuntiatur pontifici regem XIV venationis causa de civitate in crastinum esse discessurum. Mandat ut se dignum duceret expectandum. Sed quia beatum Albinum corporalis infirmitas praepedit, ad eius praesentiam praedictus rex occurrere maturavit, qui donec per illam viam quae
15 ad sacerdotem ducebat incessit, feliciter properavit. (39) Cum vero in quoddam trivium pervenisset velletque alibi deviare, equus eius ac si metallum fusile gressum movere non valuit. Suspiciens rex culpam esse equi magis quam causae, alterum sibi fecit sterni, quem dum per ipsum iter gradi compelleret, ac si muro inpediente caesus ire non valuit. (40) Intellegens rex nihil profecisse mutasse vehiculum, nisi
20 mutaret occursum, coepit ab equo discere quod homo peccaret et humanus intellectus haberet quod pecus corrigeret. Deflectens in viam quae ad sacerdotem duceret, ea coepit alacritate discurrere, ac si ereptus de fovea campi mollis planitiem recepisset.

(41) Est operae pretium de quodam cadavere rem vivam proferre. Dum ad ci- XV vitatem Venetis ipse vir apostolicus accessisset, unus de obsequentibus iam conversus
25 adolescentulus, quem pro qualitate morum peculiarius diligebat, eo in loco defunctus est atque sepultus, cuius post annum corpusculum psallendo ad propria revocabat. (42) Tunc remorante eo pro causa, voluerunt servientes prius corpus movere quam sacerdos occurreret, sed tanto pondere fit gravatum, ut antea potuissent gigantea membra pensare quam pueruli corpus sufferre, dum adhuc cadaver insepultum crede-
30 retur iam marmore premi, cum nec equi gressum poterant promovere, ac si pulvis eius de se vincula generasset, donec antestis rediens oratione solveret quos tacente voce confixit.

(43) Hoc iterum non minus est praedicandum miraculum. Cum in Tincillacense XVI monasterio Gennomerus monachus esset oculorum luce privatus et annosa tempora una
35 essent nocte caecitatis transcurra, petiit sibi a viro sanctissimo fieri crucis signaculum. Quo facto, luminis vitalis splendor intravit et fugatis tenebris sol peregrinus inluxit.

(44) Est et hoc inter reliqua venerabile documentum. Cum in civitate Andecava turris portae cohaerens damnatis esset carcer effecta, praetereunte beato Albino fiebat insolentia de vocibus inclusorum. Tunc ad iudicem precator accedit, ut eos pietatis
40 causa de custodia relaxaret. (45) Quod cum ille aure surda differret, mox pontifex ad deum se fida petitione convertens, tam familiari voce suggessit, ut in loco quo orationem sanctus effudit mirae magnitudinis saxeus quadrus exiliens portae aditus fieret carceratis, quia ante eius precem soliditatem suam lapis servare non potuit.

(46) Hinc egressi quasi de sepulchro viventes, in basilica sancti Maurilii domno Al-
45 bino gratias referentes, se ad vestigia eius prostraverunt, eo quod suspectos de funere redire fecerat ad salutem.

3 fit] *E*, sit *Surius* 11 childeberto *E* 20 rex et cursum *Surius* 21 deflectus in via *X*
22 mollis] molliciem *E* 24 uenetus *Y* 25 adolescentulus] christi servitio subditus *add. Luchi*
26 cuius] defuncti *add. Mab.* 29 pensare *Surius*

- XVII (47) Item dum quaedam mulier arrepta a maligno spiritu, se beatissimo viro Albino vociferans et heulans praesentasset, mox adversarius ipse supra eius oculum in similitudinem vesicae sanguineae se collegit. (48) Tunc pontifex faciens signum crucis increpavit eum, dicens: Inimice, oculum quem non dedisti nec possis auferre. Mox de collectione ipsa in flebotomiae similitudinem subtiliter sanguis erupit, quo fluente sine laesione oculi immundus hostis evanuit et puella incolomis imperante signo crucis evasit.
- XVIII (49) Sed et hoc magnanimitatis exemplum oportunum ducitur explicandum, quod pro dei negotio apud eum non fuerit ulla regum potentumque personalis acceptio. Denique ad cumulum caelestis gratiae conquirendum incestarum nuptiarum execrabiles copulationes iure condempnans, beatum Iohannem inreprehensibiliter imitabatur. (50) Quanta vero inde sustinuerit, nullus digne poterit explicare: siquidem martyr effici cuperet, si non defuisset dextera percussoris, sed procul dubio palmam martyrii meruit qui voti desideria non abscondit. (51) Vnde praeter labores reliquos etiam per synodos pro ipsa causa saepius excitatas excurrere, ad postremum quam plurimum episcoporum iniunctione ut excommunicatas a se personas absolveret vi fratrum coactus est. (52) Et cum rogaretur, ut eulogias, quas reliqui antestites ad personam communionis suspensam dirigentes benedixerant, et ipse signaret, ait ad sacerdotale concilium: Etsi ad imperium vestrum ego signare compellor, dum vos causam dei recusatis defendere, ipse potens est vindicare. (53) Quo facto, antequam eulogias communicata persona in ore susciperet, expiravit, et priusquam portitor perveniret, sermo sacerdotis obtinuit, qui etiam ad beatum Caesarium Arelatensem praesulem pro ipsa causa consulturus occurrit.
- XIX (54) Sed quia eius singula non valemus retexere, sufficiat de plurimis vel paucis dixisse. Illud quoque beatissimi testimonium viventis post obitum necessarium credimus prae ceteris explicandum, quia licet teneatur clausum corpus eius in tumultu, attamen iusti animae merces exuberavit in fructum. (55) Igitur cum sanctus Germanus episcopus vel conprovinciales ac pontifex successor eius et populus vellent membra sancti in novam basilicam devote transponere et propter cellulae angustiam in qua conditus fuerat non daretur sacri corporis extrahendi licentia, cunctis haesitantibus et incertis quid agerent, curis popularibus se virtus beatissimi viri mediatrix interserit. (56) Nam expectantibus omnibus et nihil deliberantibus, repente nutu divino discisso pariete cellulae qui erat ad pedes eius, a parte orientali tres lapides deciderunt, scilicet dato signo, per qualem locum se iuberet educi posse.
- XX (57) Interea facto aditu, dum concentus psallentium ad sanctum sepulchrum progressus, in loco per quem est eductus palam tres paralytici iam diu desperati redditi sunt sanitati ac nervi praemortui vivificari didicerunt de meritis sepulti, statimque duo caeci sunt pariter inluminati tandem aliquando sumentes lumina diei ab umbra defuncti, nimirum agnoscentes eius adminiculo se posse lumen consequi, cuius virtute potuisset paries fenestrari. (58) His et consequentibus infinitis miraculis, etsi summi pontificis membra recubant in sepulchris, attamen per creatoris gratiam in aeterna saecula vivunt merita confessoris. (59) Hic itaque caelesti dono venerandis floribus adornatus, viginti annis et sex mensibus pontificalem apicem ecclesiastica regulariter

11 Apoc. 19, 2.

5 fleotomi E 11 condempnans] *cf. conc. Aurel. III, c. 10*: de incestis coniunctionibus ita quae sunt statuta seruentur 14 uoti] *E cum Surio, uetita Mab.* 27 germanus episcopus] parisiarum *add. Surius*, germanus parisiacensium episcopus *Mab.*, *cf. chartam Nefingi a. 972. datam (Gall. Chr. XIV, instr. p. 147)*: sciant igitur successores nostri ecclesiam sancti albini, quae a sancto germano parisiarum episcopo uoluntate et imperio childeberti regis ante portam andegauensis urbis uersus orientem fundata est *e. q. s.* 38 duo caeci] *E et Surius*, duodecim *Mab.* 43 sex] septem Y

censura gubernans, vitae autem octogesimo anno, illud propheticum in potentatibus beatitudinis culmine feliciter explens, animam deo karissimam ereptam de saeculo, mansuram cum Christo angelis plaudentibus Kalendis Martii emisit ad caelos, praestante domino nostro Iesu Christo, cui est honor et imperium in saecula saeculorum.

5 Amen.

VITA SANCTI PATERNI.

(1) DOMINO SANCTO ET VENERABILI MERITIS TOTOQUE SINU PECTORIS AMPLECTENDO I
IN CHRISTO PATRI MARTIANO ABBATI FORTVNATVS HVMLIS. (2) Magnae karitatis pro-
fert testimonium cuius curam in amico nec mors subtrahit post sepulchrum, nam
10 qui famam amatoris studet post obitum ipsam memoriam fortiter diligit in defuncto,
denique affectum viventis toto bibit in pectore, quem nec sepultum abstulit oblivio
de sermone. (3) Quo voto sollicitante, pater venerandissime, de beati Paterni opi-
nionem tam celebri iniungere non distulisti a nobis aliqua loquente pagina promulgari.
(4) Qui certe vir apostolicus nec apud vos oblivione nec apud nos absens est in vir-
15 tute, cum magis sacratis actibus nunc veram vitam possidet, in qua mors non in-
venit quod extinguat nec vis habet ultra quod noceat, cum sub pede iusti potius
ipsa subcumbat et conteratur calce, quae quondam fuerat in timore, confitens illa se
supplicem, quia in gloriam plaudentis respicit quem invasit et magis ordine converso
felicissimo triumpho didicit timere mors mortuum. (5) Quod opus in re licet ista
20 adituri, quam ante mihi commiseris, tamen ad oboediendum libenter me invadis et in
tua iura transcribis, quoniam apud diligentem sufficit ipsum velle, si deficit posse.
Quippe ubi devota est karitas, voluntas maior est quam facultas, nam placere vult
integre qui causa oboedientiae etiam suas vires transcendit. Vnde quia ultra se ten-
dit et plus quam valet appetit, amor mensuram non habet. (6) Itaque dilectione et
25 in his quae supra me sunt debitorem profiteor atque quantum valuero affectui fenora
solvere procurabo: sed tamen etolvere plus debeo, quoniam karitati numquam totum
redditur quod debetur.

(7) Religiosorum gesta praedicabilia subrescente propectu virtutis adulta ac ve-
nerandis operibus in cumulum sacratae benedictionis educta, miraculorum fidelium
30 iam transmissi temporis testimonio declarata ac vivacibus meritis semper adsistunt
oculis, etsi non adfixa teneantur in paginis, quoniam extrinsecus advena teste non

1 Psalm. 89, 10.

4 imperium] gloria *Surius* 5 amen] EXPLICIT VITA S̄CI ALBINI. INCIPIVNT MIRACVLA POST OBITVM
BIVS PATRATA *add. E*

6 INCIPIIT PROLOGVS DOMNI FORTVNATI EP̄I IN VITA S̄CI PATERNI EP̄I ET CONFESS̄ P, *prologum om. VY*
cum Surio, prologum et c. 1 om. Mab. 1, AA. SS. saec. I, p. 152, sed in altera editione saec. II, p. 1100
exstant (Mab. 2) 9 iam P 19 in re licet ista] P, licet impar X, in re licet ita con. Mab. 2
20 adituri] X, dicturi P, dictaui *con. Mab. 2* quam ante] P, quam materiei X 27 debetur]
EXPLICIT PROLOGVS. INCIPIIT VITA S̄CI PATERNI EP̄I ET CONFESSORIS. QD̄ H̄. VIII K̄ OCTOBR. *add. P* 28 reli-
giosorum] actuum *add. Mab. 2, hominum add. Boll., religiosae actiones Surius* 30 ac] a *Mab. 2* ad-
sistunt] fidei *add. Mab. 2*

VENANTIUS FORTVNATVS.

- indiget qui domesticae gloriae documentis excellit. (8) Et tamen corroboratur grex devotus de pastoris suffragio, quotiens praemissarum virtutum ipso recreatur auditu.
- III (9) Sacratissimus igitur Paternus episcopus Pictavus civis Aquitanicae regionis iuxta saeculi ordinem generosis parentibus exortus, in administratione publica procreatus, generosior moribus institutus, a Iulita matre fere sexaginta annorum vidua nobilissime enutritus, caelesti inspiratione ab ipsis annis infantiae maturae vitae frena suscepit et in monasterium Enessione iugum dominicae culturae monachus gestaturus expetivit. (10) Qui mox ab abbate suo ad dispensationem cellarii deputatus, in ipso primo gradu dedit indicium se ad gubernanda plurima distribuite domino pontificem mox futurum. (11) Cuius mater iam converso infantulo dum tunicam vellet facere, orditam telam casu super tectum inposuit. Quae subrepta ab ave quae dicitur milvus et ad nidum suum perducta post expleta anni unius spatia reperta est incorrupta, ita ut eius stamen nec hiemalis imber neque fervor aestivus filo putrescente solveret, sed integra perstitit, ac si tunc fuso torquente de manu pendula lanificae processisset.
- IV (12) Dehinc ad maiorem virtutem se adolescentibus adhuc annis extendens, terminum puerilis aetatis transiliens, consilio inito cum Scubilione eiusdem cellulae monacho, propter amorem Christi relictis parentibus, in Constantino pago se libenter elegerunt fieri peregrinos pari contubernio, solum deportantes psalterium. (13) Tunc sanctus Scubilio licet esset senior, videns beatum Paternum meritis honorandum, ad fratrem sibi coequandum suum divisit pallium. (14) Qui dum in quadam insula propter solitudinem desiderarent accedere, vir quidam nomine Amabilis deo timoratus, donec de ipsis civibus nuntiaret, detinuit dicens, ut in fano Sesciaco se dignanter reconderent ac sua intercessione diabolica cultura quae gentili sub errore male veneratur cessaret.
- V (15) Tunc circa sinum montis in receptaculo cavernae cum suo contubernali vir heremita ingressus est. (16) Ad quod fanum populus dum ex consuetudine per sacra execrabilia debaccharet, admonitus est a sanctis viris, ne vana colendo se crederet salvari, qui salvari poterat si non iniraret in iniuria creatorem, sed iustius ageret, si conditori suo vivificatum plasma serviret. Quae plebs reverendos viros inreverenter despiciens, ritum quem pessime coeperat pertinaciter exercebat. (17) Tunc sanctus cum collega suo tam fervore fidei quam vexillo crucis armati accedentes ad vasa ubi pulmentaria decoquebant, singula suis baculis everterunt: potum vero per cupellas dispositum deorsum evellere voluerunt, postponentes suum periculum, dummodo fortes milites pugnarent pro Christo desiderantes martyrium, si devotus ferire non reformidasset percussor. Sed magis nutu divino ipsi in timore sunt habiti, qui potuerunt trucidari.
- VI (18) Tunc revertentibus ipsis, ad eorum iniuriam quaedam mulier vestibus se denudat, quae mox ad vindictam iustorum totis membris morbo percussa contrahitur. (19) Hinc per anni spatium vigore tabescente torquetur ac nervis aegrotantibus caedente ulcere flagellatur, donec venia petita, ipsis exorantibus, unde vindicta venerat inde curreret medicina.
- VII (20) Quadam vice cum eis tantum dimidius panis ad refectionem legitimam re-

1 indigent — excellunt *Mab. 2* 2 auditu] quae ad nostram notitiam perlata sunt de gestis et conversatione beati antistitis paterni ad profectum audientium utcumque denudare satagimus *add. Y* 7 enixionensi *Surius* 8 ab] *om. P* 11 tectum] domum *Z* 21 diuisit] *P cum Surio et Mab. 1*, dimisit *Mab. 2 et Boll.* 23 detinuit] eos *add. Mab. 2* sessiaco *P ut infra* 24 ueneratur] *cf. carm. IX, 13, 11* 27 ad quod — *p. 35, 16 de lapide om. Mab. 1* 37 potuerunt] poterant *Mab. 2* 42 curaret *P, cf. infra p. 41, l. 10*

mansisset, adveniēti iteranti et ipsum beatus Paternus ad humanitatem largitus est, cupiens homo dei magis hoc in mercedem quam in ventrem recondere. (21) Tunc sacer Scubilio hora competenti rogat, ut iam deberent reficere. Cui respondens ait: Christus qui semper abundat praeparat suis cibaria. (22) Quod frater moleste ferens, eo quod post laborem non invenerat unde se fatigatus reficeret: et tamen pro servi esca domini cura pervigilat nec famem pati permisit qui esurienti victum inperitit. (23) Nam sine mora Witherius primus eorum discipulus inter ieiunia intulit xenia copiosa et multiplicavit cibaria, refectione dilatata. Sic intra horae momentum quod indigenti dederat cum magno fenore receperunt.

(24) Itaque refectione peracta aqualis liquor sitientibus deerat, quia tanto magis VIII caro desiderat pocula, quanto plus saturitas exardescit post escam. Mox in oratione profusi Christum aeternum fontem precantur, ut ipse suis famulis aquam tribuat in deserto, qui tunc Israheliticis unda manavit in heremo. (25) Hinc divinitatis auribus e vicino exauditis precibus, ubi beatus Paternus tetigit de baculo humum fons erupit ab abyssu et ita replens exilivit, ac si Moyses alter virga perforante aquas traxisset de lapide.

(26) Cuius causae fama crescente vir venerabilis Generosus abba eorum post tri- IX ennium ad requirendos monachos tam bene ad Christum fugitivos perrexit. (27) Quibus inventis, agnoscit sanctum Paternum se in valde vita ardua constrinxisse, qui praeter panem et aquam vel holera sale condita nulla sumebat cibaria. Aspectum vero suum non solum a feminarum sed etiam a virorum removebat praesentia, ut ab omnibus summotus sollicitate expectaret adventus angelicos et cresceret in divinitate quod deesset in homine. (28) Lectulum numquam habens, lectaria nesciens, in pluma neque caput reclinans, nisi veste tantummodo qua in die usus est ea per noctem contentus est. Pro molli lana hirsutum cilicium induens, ut inter horas soporis et per quietem temporis non esset requies corporis et mutato ordine adhuc post actum diem succederet in labore. (29) Quod abbas suus inspiciens ultra propositum regulae, velut impatientem equum acriter excurrentem per inposita freni pondera ad moderata eum revocavit ieiunia, imperans ut nec reclausus esset tam arduae neque virorum conspectu vel conloquio se fraudaret, insuper et cellulas quas ipse instruxerat in carro vicibus visitaret.

(30) De quo quia de bonis esset parentibus tam a pontifice Leontiano quam a X civibus prompte testificatus est. Quem in loco commendans, beatum Scubilionem ad monasterium revocans, parvo intervallo ad fratrem redire permisit. (31) Dehinc vir dei Paternus a sancto Leontiano diaconus ac presbyter institutus, quantum dignitas creverat tantum se virtutibus honorabat. Quibus gemellis cultoribus tantus in Sesciaco adolescebat gratiae fructus de verbi semine genitus, ut fanum profani cultus ereptis hominibus deputaretur pecoribus et insensatus locus fieret animalium clausura. (32) Spelunca vero quia et tales accolae excepit, tantum coepit nobilis floris odore

15 Num. 20, 11.

1 iteranti] *i. q. itineranti* 2 quē *P* 7 uithenus *R*, uitheus *Surius* ieiunia] sera
add. Boll. 8 dilata *Mab. 2 et Boll.* momento *P* 12 aeternum] uitae *add. Mab. 2*
17 abbas eorum generosus *Z*, generosus *om. Y cum Mab. 1* 26 temporis *rhythmo certum*, per tempus
quietis *Mab. 2* 30 se fraudaret] defraudaret *Mab. 2* construxerat *Mab. 2 et Boll.* uicibus]
cf. Carm. I, 15, 35 32 leonciano *ferē P*, leontiniano *Z* 33 quem — 34 permisit] praefatus ita-
que abbas cum paternum omnibus fratribus et mundi principibus satis commendasset et in eodem quo dege-
bat loco confirmasset, tum scubilionem ad monasterium redire praecepit et in aliquibus correctum post modi-
cum tempus ad fratrem paternum redire permisit *Y* 36 quibus — p. 36, 40 quam corporis] *om. Mab. 1*
37 ut] in *add. P* 39 tantum] *scripsi*, tamen *P*, tam *Surius*, etiam *Mab. 2* nobiles flores *P*

- fraglare, ut velut de patris fundamine matrisque alveario cum totius religiositatis nectare nata atque nutrita monachorum plurima funderentur examina. (33) Denique per civitates Constantiam scilicet, Baiocas, Cinomannis, Abrincas, Redones Britanniae multa monasteria per eum domino sunt fundata, cuius diversis indicis claruit fides per opera et sacrata vita per signa. 5
- XI (34) Itaque in Sesciaco quadam vice Aroastes presbyter offert ei ancillam suam sine officio linguae mutam. Tunc sanctus vir puellae labiorum loca manu contrectans, nullatenus aperire poterat dentium stricturam. (35) Qui mox benedicens oleum, ubi signavit maxillarum compagem, reddunt sonum quasi catenarum fragmenta fuissent conlisa, et in ore eius intinctum liquorem ponens, interrogat quid haberet quod ta- 10
ceret. Mox unde muta tacuit per verba respondit.
- XII (36) Item cum de Sesciaco accessisset Abrincas, petit a fratre Scubilione, ut duos pullos columbarum quos ipse nutriverat secum portare permetteret. Quod ille negavit dicens: Pro tua praesentia vel columbarum tuarum mihi reliquias teneam. Cui sanctus Paternus ait: Quem plus amant, apud ipsum permaneant. (37) Qui cum ad mona- 15
sterium fere decem et octo milia spatia pervenisset, altero die ibidem venerabili viro columbae velociter occurrerunt, ut itineris eius ubi signa non videbant sequerentur vestigia. (38) Sic post beatum Paternum desiderium suum et aves confessae sunt, si quidem satis dignae quod spirituales columbae secutae sunt.
- XIII (39) Item apud Abrincas cuiusdam Vrsi possessoris ancillae morbo contrahente 20
se manus conlegerant nec poterant devolvere, nam fila erant digitorum glomerata. (40) Mox tamen ut beatus orationem explicuit, contractarum manuum se tela distendit et reddita sanitate coeperunt digiti nervorum liceas temperare.
- XIV (41) Hinc fama percurrente multa regis Childeberthi prece compulsus est, ut ipsi glorioso regi Childebertho Parisius in carro cooperto reclusus occurreret. Man- 25
tela vico quidam puer a serpente percussus est et iam iam exanimante sanctus vir accessit, ne puer morte interveniente recederet. (42) Itaque facto crucis signo et olei liquore perfuso penetratum venenum tali curavit antidoto. Quo etiam in loco ad rerum testimonium in eius nomine Christi basilicam condiderunt. (43) Cuius spirital- 30
lem adventum Parisius immundi spiritus agnoscentes de obsessis corporibus in fugam conversi sunt. Pariter autem hi qui frigoribus torquebantur incolomes effici meruerunt nec morbus illic praevaluit ubi talis medicus unguenta produxit.
- XV (44) Dehinc cum sacerdos pro pauperum remediis regi suggestionem proponeret, tunc gloriosus Childeberthus Crescentio imperat, ad quem cura publica pertinebat, ut quod beatus Paternus ei iniungeret expediret. Quod ipse implere promittens men- 35
titus est, profectusque ad partes Burgundiae praedicto sanctissimo nesciente, per biduum Crescentius excaecatus erravit. (45) Qui culpam reminiscens unde illum tam repente tenebrosus error invaserit, regressus velociter, inpetrata venia, ut culpa cordis exiit oculis lux intravit et doctior post caecitatem servi dei iussa complevit, ut ex hoc crederetur recepisse luminaria magis mentis quam corporis. 40
- XVI (46) Qui septuagenarius cum abbatis officio virtutibus fungeretur et in cellula sua quam primum aedificaverat Sesciaci quiesceret, quadam nocte visus est ei ipse locus mira claritate perfusus et ad eum venientes in visione sancti qui ad deum migrave-

1 ut] *Surius et Mab. 2, ac P* 2 fundarentur *Mab. 2* 3 constantiam] *om. Mab. 2* brit-
tannia *P* 6 vice] *die Mab. 2* oroaste *Surius* 13 colubarum *P* 14 reliquias mihi *Mab. 2*
24 childeberti *vere P* 25 mantela uico quidam puer] *P*, autela uico quidam puer *Z*, cumque mileuico
puer *Surius*, mantela uico quidam puer mileuo nomine *Boll.* 26 et iamque *Mab. 2* 28 pene-
tractum *P* 29 cuius] nomine *add. Mab. 2* 34 crescentiano, *ut infra Boll.* 36 biduo *P*
41 officio] *om. Mab. 2, cum add. Boll.* 43 dominum *Mab. 2*

rant, Melanius, Leontianus et Vigor episcopi, per revelationem eum ordinaverunt antestitem. (47) Tum ipse stupefactus sed apud se retinens, quamvis tunc tractaverit, post probavit. Nam nec longo intervallo ad supplicationem tam plebis quam principis Abrincas pastore recedente successit nec recusare poterat quod iam secreta dei dispensatione portentatum erat. (48) Mox effectus pontifex ita se in ecclesiarum instauratione vel nova aedificatione exercuit, domum recuperatione succinxit, culturae utilitate disposuit, pauperum administratione profudit, ut esset in singulis mirabilis et in omnibus singularis.

(49) Illud etiam merito memoriae non fraudatur. Cum quadam vice in Teudeciaco villa Severo comite advenisset, quaedam femina civis Redonica ei in oratione oblata est muta. Quo sancto viro oratione completa, statim mulier longa erupit silentia nec potuit inimico servire diutius, quo libertatis auctor Christus fuit invocatus.

(50) Igitur cum tertio decimo anno vir dei ageret in pontificatu, statim altero die paschae cum fratres Sesciaco visitare cuperet in infirmitatem inruit: pariter autem sanctus Scubilio in Mandanense monasterio in infirmitate incidit. Dirigunt ad se invicem, ut priusquam de saeculo discederent se viderent. (51) Tunc missi se obviantes beatum Scubilionem in itinere commovent, ut fratri occurreret, sed brachio maris opposito non valuit nocturno tempore transfretare. (52) Attamen cum a se sancti fere tria milia spatia interessent, eadem nocte pariter beatus Paternus una cum sancto fratre suo glorioso proposito, nobili in triumpho, felici viatico cum choro angelico in caelesti senatu de terrenis pias animas emisit ad Christum.

(53) Quem Lauto episcopus, qui ibidem ante dies octo ad visitandum advenerat, cum ad basilicam Sesciaco beatum Paternum deduceret inpendens exsequias, item Lascivius episcopus sanctum Scubilionem ad basilicam ipsam deduceret, utrique concinente choro psallentium in unum nescientes pontifices convenerunt et sanctissimi viri orationis locum quem aedificaverant pariter eadem die occupaverunt felici sub transitu, ut nec mortis casus divideret quos semper una vita coniunxit: ac simul uno momento cum altero alter sepultus est, cum et in peregrinatione alterum alter secutus est. (54) Sic redemptori nostro amatori unico electi de saeculo meritis felicibus aequaliter occurrerunt miracula facientes post obitum, qui beatis operibus vivunt integre post sepulchrum.

1 leucianus et beor *Surius* 2 tractauerit] *P cum Mab. 1*, tacuerit *Mab. 2*, non propalauerit *Boll.*:
cf. Fortun. V. M. II, 305 tractat neque uerba relaxat 5 erat] fuerat *Boll.* 7 utilitatem *P* 9 teu-
 deciacio] *P*, teudeciano *R*, theodeciaco *Y*, theodisiaco *Surius*, tendenaco *Boll.*, feudetiacio *Mab. 1* 10 ei in]
 cum *Mab. 2* 11 rupit *Mab. 2 et Boll.* 12 pro qua *Mab. 2*, quo — inuocatus *om. Boll.* 13 tertio
 decimo anno] *P cum Mab. 1* 15 scubilius *P* mandanense *Mab. 1*, mandanensi *Boll.* 16 missi
 se] inuicem *add. Mab. 2* 17 commonent *Mab. 1. 2* 18 ad *P* 20 praeposito *Mab. 2* 24 uti-
 que *Mab. 1*, utroque *Mab. 2* 25 et sanctorum corpora simul cum gaudio inhumarunt *Z* 31 sepul-
 chrum] EXPLICIT VITA S̄CI PATERNI ĒFI ET C̄F *add. P*

VITA SANCTAE RADEGVNDIS.

- I (1) Redemptoris nostri tantum dives est largitas, ut in sexu muliebri celebret fortes victorias et corpore fragiliores ipsas reddat feminas virtute mentis inclitae gloriosas. Quas habentes nascendo molliem facit Christus robustas ex fide, ut quae videntur inbecilles, dum coronantur ex meritis, a quo efficiuntur laudem sui cumulent creatoris, habendo in vasis ficilibus thesauros caeli reconditos: in quarum visceribus cum suis divitiis ipse rex habitator est Christus. (2) Quae mortificantes se saeculo, despecto terrae consortio, defecato mundi contagio, non confidentes in lubrico, non stantes in lapsu, quaerentes vivere deo, ad gloriam redemptoris sunt copulatae paradiso. In quo est pariter numero illa cuius vitae praesentis cursum licet tam privato sermone ferre temptamus in publico, ut cuius est vita cum Christo memoria gloriae relicta celebretur in mundo.
- II (3) Beatissima igitur Radegundis natione barbara de regione Thoringa avo rege Bessino, patruo Hermenfredo, patre rege Berthario, in quantum altitudo saeculi tangit regio de germine orta, celsa licet origine multo celsior actione. (4) Quae cum summis suis parentibus brevi mansisset tempore, tempestate barbarica Francorum victoria regione vastata, vice Israhelitica exit et migrat de patria. Tunc inter ipsos victores cuius esset in praeda regalis puella fit contentio de captiva, et nisi reddita fuisset, transacto certamine in se reges arma movissent. (5) Quae veniens in sortem praecelsi regis Chlotharii, in Veromandensem ducta Adteias in villa regia nutriendi causa custodibus est deputata. Quae puella inter alia opera quae sexui eius congruebant litteris est erudita, frequenter loquens cum parvulis, si conferret sors temporis, martyra fieri cupiens. Indicabat adolescens iam tunc merita senectutis, obtinens pro parte quae petiit. (6) Denique dum esset in pace florens ecclesia, ipsa est

I INCIPIT PROLOGVS IN VITA SANCTAE RADEGVNDIS REGINE P, INCIPIT PROLOGVS FORTVNATI EPI DE VITA SCAE RADEGVNDIS VIRG: M, INCIPIT VITA SANCTAE RADEGVNDIS REGINAE ID. AGVSTI G, INCIPIT VITA SANCTAE RADEGVNDIS EPISCOPO FORTVNATO KXPS (i. e. EXPOSITA) L, INCIPIT VITA SCE RADAGVNDI VIRG. COMPOSITA A FORTVNATO EPISCOPO E, INCIPIT PREFATIO FORTVNATI EPISCOPI DE VITA SANCTAE RADEGVNDIS REGINAE T, prologum om. GH 4 christus] ipse T, in exemplari per compendium scriptum erat χρ̄ς 5 efficiuntur] fortes add. P², tales efficiuntur ut L², meritis laudem sui cumulent creatoris a quo efficiuntur fortes habendo T 6 caeli] om. T quorum ET 7 est] superscr. M¹ 8 defecato] PMT, defecato L¹, spectroque L², desecato E lubricum constantes in lapsum T 10 in quarum E, in quo numero est ista cuius T tam priuato sermone] PM, sermone tam priuato L, sermone tamen priuato E 11 temptamus] PMT, temptauimus LE publico] PM, publicum LET 12 relicta] P, relicto M, om. T, relata rell. mundo] EXPLICIT PROLOGVS INCIPIT VITA add. P, EXPLI PROLOGVS INCIPIT NARRATIO GESTORV RADEGVNDIS add. M, EXPLICIT PREFATIO INCIPIT VITA SANCTAE RADEGVNDIS REGINAE EDITA A FORTVNATO VENERABILI EPISCOPO add. T, om. E 13 thoringa T 14 bessino] PLT, besino M, basino E: bisinum Greg. Hist. Fr. II, 12 hermenfredo] PM, ermenfredo G, ermenfrido L, herminfrido E: herminefredi carm. VIII, 1, 23, hermenefredi Greg. Hist. Fr. III, 7 berthario] scripsi, berechario PM, berechario GH, berthario L, berthario E et carm. app. 3, 33: radegundem filiam bertharii regis Greg. Hist. Fr. III, 7 in quantum] quae in quantum P, quo LE 15 regina LE orta] om. LE multum LE celsior] est add. P¹M 16 suis] om. LE, suis summis T mansisset] commanens LE francorum uictoria] v. Fortunati carm. app. I, de excidio Thoringiae et Greg. Hist. Fr. III, 7 18 victores] Theudoricum et Chlothacharium, v. Greg. l. l. 19 fuisset] bis a quibus sublata est add. H transacta P¹ sorte M 20 praecelsi] om. T clotharii P²MT, clotarii P¹, cholodarii E, cf. supra p. 16, l. 24 ategias T: v. Longnon, Géographie p. 410 21 quae — 22 erudita] puella nata laboribus quae conueniunt sexui inter opera reliqua fit barbaris litterata LE 22 frequenter] om. G

a domesticis persecutionem perpessa. Iam tunc id agens infantula, quidquid sibi remansisset in mensa, collectis parvulis, lavans capita singulis, compositis sellulis, porrigens aquam manibus, ipsa inferebat, ipsa miscebat infantulis. (7) Hoc etiam praemeditans cum Samuhele parvulo clerico gerebat. Facta cruce lignea praecedentem
 5 subsequens, psallendo ad oratorium cum gravitate matura simul parvuli properabant, et ipsa tamen cum sua veste nitidans pavementum. Circa altare vero cum facitergio iacentem pulverem colligens, foris cum reverentia recondebat potius quam vergebat. (8) Quam cum praeparatis expensis Victoriacum voluisset rex praedictus accipere, per Beralcham Adteias nocte cum paucis elapsa est. Deinde Suessionis cum eam di-
 10 rexisset, ut reginam erigeret, evitans pompam regalem ne saeculo cresceret, sed cui debebatur et humana gloria non mutatur.

(9) Nubit ergo terreno principi nec tamen separata caelesti, ac dum sibi accessisset saecularis potestas, magis quam permetteret dignitas se plus inclinavit voluntas. Subdita semper deo, sectans monita sacerdotum, plus participata Christo quam sociata
 15 coniugio. Illo vero sub tempore temptamus patefacere de multis pauca quae gesserit.

(10) Igitur iuncta principi, timens ne deo degradasset, cum mundi gradu proficeret, se sua cum facultate eleemosynae dedicavit. Nam cum sibi aliquid de tributis accideret, ex omnibus quae venissent ante dedit decimas quam recepit. Deinde quod supererat monasteriis dispensabat et quo ire pede non poterat transmissio munere cir-
 20 cuibat. (11) A cuius munificentia nec ipse se abscondere potuit heremita. Sic ne premeretur a sarcina, quod acceperat erogabat. Apud quam nec egeni vox inaniter sonuit nec ipsa eam surda praeteriit, saepe donans indumenta, credens sub inopis veste Christi membra se tegere: hoc se reputans perdere quod pauperibus non dedisset.

(12) Adhuc animum tendens ad opus misericordiae, Adteias domum instruit, quo IV
 25 lectis culte compositis, congregatis egenis feminis, ipsa eas lavans in termis morborumque curans putredines, virorum capita diluens, ministerium faciens, quos ante lavarat eisdem sua manu miscebat, ut fessos de sudore sumpta potio recentaret. Sic devota femina nata et nupta regina, palatii domina pauperibus serviebat ancilla.

(13) In mensa vero subocculte ne forte cognosceretur ab aliquo, ante se posito cum
 30 legumine ferculo, inter epulas regum more trium puerorum fava vel lenticula delecta-

30 II. Reg. 17, 28.

1 persecutiones LE iam — 3 manibus] sed iam tunc tenerae aetatis adhuc (adhuc aetatis H) adulta, id agere studii habebat, ut quicquid sibi (residui add. H) remansisset edulii, collectis parvulis eorumque capitibus (singulorum add. H) mundatis TH 2 parvulis] aliis parvulis LE capita post remansisset M 3 ipse P¹, cibos add. M²(G) ipse P¹, ipso M¹ 4 samuhele] PT paruo PM regebat M, om. LE facta cruce lignea M praecedentem] MLE 5 subsequentes P² cum] om. T 6 et] om. LET nitidans pavementum] pavementum nitidans (incidens L) LET 7 foras LET 8 victoriacum] scripsi, cf. Greg. Hist. Fr. IV, 51: ad uillam cui nomen est uicturiacum, uictoria*** P, uictoriac** M¹, uictoriae G, uictoriacum L, uicturiaco T uoluisset] eam add. LE 9 adteias] P, adteias M, ad atteias L, ab atteias E, ad ateias T noctu PM 10 erigeret] fugit L (ubi regnum?), eligeret E euitans] illa euitabat T 11 debetur etiam T 12 nubet L, nupsit ET principe PM 13 secularis dignitas plus se inclinavit uoluntas quam permetteret dignitas T praemitteret PM sed P¹M 15 sub tem] desinit E, ubi 4 folia perierunt gessit T 16 igitur] MLT, ideo (PG) principe L grato L 17 cum sua T 18 decimas dedit L 19 misso LT 20 ad cuius munificentiam L sic] et sicuti P²(GT), sicque L 21 nec egeni uox] egeni uox non G 22 eam] om. L 23 prodere L quod] quicquid (LT) 24 animo L ateias T inheseruit L quo] LT, ubi PMG 25 electis M congregans egenas feminas L eas] et G, om. LT 26 que om. LT curabat T uiuorum L 27 lauaret P¹M, lauaret T recentaret] PMLT, recrearet G² 29 subocculto M, occulte L, sua occulte T forte] om. L cognosceretur M se] om. M 30 faba P²M²T, fabae uel lenticulae L

biliter vescebatur. De cursu vero decantando, etsi sederet in prandio, excusans regi aliquo casu, ut deo redderet debitum se subducebat convivio. Quo egressa domino psalleret, curiose requirebat quali cibo foris pauperes refecissent.

V (14) Item nocturno tempore cum reclinaret cum principe, rogans se pro humana necessitate consurgere, levans egressa cubiculo, tam diu ante secretum orationi incumbebat iactato cilicio, ut solo calens spiritu iaceret gelu penetrata, tota carne praemortua, non curans corporis tormenta mens intenta paradiso, leve reputans quod ferret, tantum ne Christo vilesceret. (15) Inde regressa cubiculum, vix tepefieri poterat vel foco vel lectulo. De qua regi dicebatur habere se potius iugalem monacham quam reginam. Vnde et ipse iritatus pro bonis erat asperrimus, sed illa pro parte leniens, pro parte tolerabat modeste rixas inlatas a coniuge.

VI (16) Diebus vero quadragesimae satis est scire qualiter se reteggit inter vestes regias singulariter paenitens. Igitur adpropinquante ieiunii tempore mittens ad religiosam Piam nomine monacham, cui sancto proposito illa dirigebat veneranter in linteo sigillatum cilicium: quod sancta induens ad corpus, per totam quadragesimam subter vestem regiam dulce portabat in sarcina. Transactis diebus similiter sigillatum retransmittebat cilicium. (17) Sin autem rex deesset, quis credat qualiter se orationi defunderet, qualiter se tamquam praesentis Christi pedibus alligaret et quasi repleta deliciis sic longo ieiunio satiaretur in lacrimis? Cui despecto ventris edulio Christus tota refectio et tota fames erat in Christo.

VII (18) Illud qua pietate peragebat sollicita, ut quae per oratoria vel loca venerabilia tota nocte perlucere candelas suis manibus factas iugiter ministrabat? Vnde hora serotina dum ei nuntiaretur tarde, quod eam ad mensam rex quaereret, circa res dei dum satagebat rixas habebat a coniuge, ita ut vicibus princeps per munera satisfaceret quod ei per linguam peccasset.

VIII (19) Ad cuius opinionem si quis servorum dei visus fuisset vel per se vel vocatus occurrere videre se illam, caelestem se putabat habere laetitiam, et hora noctis recursa cum paucis pergens et intimis per nivem, lutum vel pulverem, aqua calida parata, ipsa lavabat et tergebat venerandi vestigia nec resistente servo dei et propinabat in patera. (20) Sequenti die curam domus committens creditariis, ipsa se totam occupabat circa viri iusti verba, circa salutis instituta et circa adipiscendi vitae caelestis commercia retentabatur per dies. Et si venisset pontifex, in aspectu eius laetificabatur et remuneratum relaxabat ipsa tristis ad propria.

1 occurru *M* excusans regi aliquo casu] *om. T* 2 conuulio subducebat *L* egressa] ut
add. MT 3 psalleret] et *add. P²L* requireret *L* 4 idem *PMT* rogat *L* 5 et
leuans LT cubiculum *L* ante secretum orationi] secreta oratione *L* 6 spiritū *M* 7 tor-
 menta] *om. G*, tormentum *L* reputabat leuissimum quid *T* 8 *ne*, ras. c M* cubiculo *T*
 uix] uel *L* 9 regem *L* potius se *L*, se magis *T* 10 iritatus] in tantis *G¹*, tantis *G²*
 pro — 11 inlatas] *om. L* 11 coniuge] rege *PM* 12 retexit *P²(T)*, redegit *L* 13 poeniten-
 tem *L* ieiunii tempore] *om. L* mittens] mittebat *post* *piam T* 14 monacham nomine *piam*
LT cui] in *G²* 15 cilicium in linteo sigillatum *L* 16 ueste regia *MG* portauit *L*
 transactis] autem *add. LT* 17 si *L* 18 defunderet] *P¹MG¹*, diffunderet (*LT*) et] *om. L*
 19 satiaret *G* dispectu *L* 20 christus] christi illi *L* in christo] *om. PM* 21 quod
P¹M perageret sollicite *L* ut quae per] circumiens *PM* 22 tota] ut tota *PM* ministra-
 ret. pro quarum morti serotina *L* 23 quod se ad mansam (?) rex requireret *L*, rex quod ad mensam *T*
 24 satagit *L* a] cum *PM* uicibus] *cf. V. Paterni c. 9* pro munere *L* 25 ei per]
om. L, per *T* 26 dei uel per se uel uocatus uisus fuisset occurrere *T* pro *PM¹(G)* prouocatus
G, euocatus *L* 27 occurreret *M²* uideres illam *LT* se putabat] *om. LT* decursa *L*
 28 pace *M* intimis] thermis *in mg. add. M²*, in̄mis *T* 29 et propinabat in patera] propinabat
 ei pateram *T* 30 tota *PG, om. M* 31 adipiscendi] *P¹MG¹*, instituta circa dispicienda mundi *L*,
 adipiscenda (*T*) 32 uenisset] presbyter aut *add. L* in aspectu — 33 relaxabat] quos uir deus
 letificata remunerare laxabat *L*

(21) Illud quoque quam prudenter totum pro sua salute providebat inpendere, IX
 quotiens quasi mavortem novum lineum savanum auro vel gemmis ornatum more ve-
 stiebat de barbaro, a circumstantibus puellis si laudaretur pulcherrimum, indignam
 se adiudicans tali conponi linteolo, mox exuens se vestimento, dirigebat loco sancto
 5 quisquis esset in proximo et pro palla ponebatur divinum super altare.

(22) Qualiter vero si quis pro culpa criminali, ut adsolet, a rege deputabatur X
 interfici, sanctissima regina moriebatur cruciatu, ne designatus reus moreretur in gla-
 dio? Qualiter concursabat per domesticos fideles servientes et proceres, quorum blandi-
 dimentis mulcebat animum principis, donec in ipsa ira regis unde processerat sors
 10 mortis inde curreret vox salutis?

(23) His igitur beatis actibus occupatam in tantum provexit divina elementia, ut XI
 etiam adhuc in palatio laica domino largiente declararentur pro ea miracula. (24) De-
 nique in Perunna villa post prandium dum ambularet per ortum sanctissima, rei re-
 trusi pro crimine succurri sibi clamabant vociferantes de carcere. Ipsa quid esset,
 15 interrogat: mentiuntur ministri, quod mendicorum turba quaereret eleemosynam. Cre-
 dens hoc illa, transmittit quod indigebat inopia. (25) Interea a iudice compelluntur
 tacere qui tenebantur in conpede. Cum vero nox supervenisset, dum sibi cursum di-
 ceret, fractis vinculis soluti occurrunt sanctae de carcere. Quo cognito reos se vide-
 runt qui beatae mentiti sunt, dum qui rei fuerant de catenis soluti sunt.

(26) Et quoniam frequenter aliqua occasione divinitate prosperante casus ceditur XII
 ad salutem, ut haec religiosius viveret frater interficitur innocenter. Directa igitur a
 rege veniens ad beatum Medardum Novomago, supplicat instanter ut ipsam mutata
 veste domino consecraret. (27) Sed memor dicentis apostoli: Si qua ligata sit con-
 iugi, non quaerat dissolvi, differebat reginam, ne veste tegeret monacham. Adhuc
 25 beatum virum perturbabant proceres et per basilicam graviter ab altari retrahebant,
 ne velaret regi coniunctam, ne videretur sacerdoti, ut praesumeret principi subducere
 reginam non publicanam sed publicam. (28) Quo sanctissima cognito intrans in sa-
 crarium, monachica veste induitur, procedit ad altare, beatissimum Medardum his
 verbis alloquitur dicens: Si me consecrare distuleris et plus hominem quam deum
 30 timueris, de manu tua, pastor, ovis anima requiratur. Quo ille contestationis con-
 cussus tonitruo, manu superposita consecravit diaconam.

(29) Mox indumentum nobile, quo celeberrima die solebat pompa comitante re- XIII
 gina procedere, exuta ponit in altare et blattis, gemmis, ornamentis mensam divinae

23 I Cor. 7. 29 Gen. 9, 5.

2 mauorte lineo sauano nouo auro T: cf. Du Cange Gloss. ed. Henschel tom. VI p. 1 ornato
 T uestiuit barbaro et a L, uestiebat barbaro T 3 pueris, superscr. uel puellis T 4 tali]
 om. L indumento L sancto loco M, loco sancto dirigebat L 5 pro] om. L super
 altario diuino L 7 reus gladio moreretur L 8 quorum] cuius L 9 in] om. T pro-
 cessit M 12 laicam L declararent L pro ea] PMG, om. L, per eam (T) denique dum
 in — 13 prandium ambularet L 13 perrunna M, berrona L pro orto scisma L retrusi] et
 rusi L, trusi T 14 ipsa] autem add. T 15 interrogabat M turba mendicorum L
 16 quod] PMT, quo (L) 18 occurrunt soluti L, sanctae occurrunt T 19 dumque L 21 re-
 ligiosus L interfleitur] cf. *carm. de excidio Thoringiae v. 124 et Greg. Hist. Fr. III, 7* innocen-
 tis. igitur directa L 22 nouomago] PM¹G¹, nouiomagum L ipse PM 23 consecravit P¹,
 corr. P² apostoli dicentis LT quae L coniuge L 24 uestem P¹ adhoc M²T,
 etiam add. T 25 proturbabant M ad altare M¹, ab altario L, ab altare grauter T 27 non
 publi] L secretario L 28 monachica] e corr. ca P, monachica G, monachi L induitur]
 et add. L altare] et add. T 30 pastor] a pastore P²(T) qua T 31 tonitruo] om. T
 33 blattis] P¹GLT, ablati M, oblati P² mensam] eam (?) ense L

- gloriae tot donis onerat per honorem. Cingulum auri ponderatum fractum dat opus in pauperum. (30) Similiter accedens ad cellam sancti Iumeris die uno quo se ornabat felix regina, composito sermone ut loquar barbaro stapione, camisas, manicas, cofias, fibulas, cuncta auro quaedam gemmis exornata per circulum, sibi profutura sancto tradit altario. (31) Inde procedens ad cellam venerabilis Datdonis die qua debuit ornari praestanter in saeculo quidquid indui poterat censu divite femina, abbate remunerato, totum dedit coenubio. (32) Aequiter sancti Gundulfi post facti Mettis episcopi progressa receptaculo non minore laboratu nobilitavit synergium.
- XIV (33) Hinc felici navigio Turonis adpulsam, quae suppleat eloquentiam, quantum officiosam quantumque se monstravit munificam? Quid egerit circa sancti Martini atria, templa, basilicam, flens, lacrimis insatiata, singula iacens per limina, ubi missa revocata vestibibus et ornamento quo se clariori cultu solebat ferre palatio sacro componit altari. (34) Hinc cum in vicum Condate, quo gloriosus vir Martinus et Christi satis intimus senator migravit de saeculo, ancilla domini pervenisset, dedit non inferiora domini crescens in gratia.
- XV (35) Hinc cum in villa Suedas Pictavo territorio iuxta praedictum vicum decenter accederet itinere prosperante, qualem se gessit per singula quis enumeret infinita? Quod in mensa sub fladone sigilatium panem absconsum vel ordeatium manducabat occulte sic ut nemo perciperet. (36) Nam ex illo tempore quo beato Medardo consecrante velata est usque ad infirmitatem praeter legumen et holera non pomum, pisces vel ovum nec quid aliud edit, potum vero praeter aquam mulsam atque piratium non bibit, vini vero puritatem aut medi decoctionem cervisiaeque turbidinem non contigit.
- XVI (37) Tum more sancti Germani iubet sibi molam secretissime deferri, ad quam totam quadragesimam, in quantum quatrividua refectio postulavit, oblationes etiam suis manibus faciens, locis venerabilibus incessabiliter dispensavit. (38) Ergo quia apud sanctam non minus usus misericordiae quam erat concursus de plebe nec deessent qui peterent nec deficeret quod donaret, mirandum ut omnibus satisfaceret. Vnde thesauri tot exuli, unde tot divitiae peregrinae?
- XVII (39) Quantum expendebat diurna redemptio quod sola sciebat quae petentibus deportabat? Nam praeter cotidianam mensam, qua refovebat matriculam, duobus semper diebus sabbati quintam et sabbatum vicibus balneo parato ipsa succincta de savano capita lavans egenorum, defricans quidquid erat, crustam, scabiem, tineam nec purulenta fastidians, interdum et vermes extrahens, purgans cutis putredines,

1 pro honore L auro LT 2 pauperes L humeris L 3 barbaro] om. L stationem L, cf. Graff, *Ahd. Sprachschatz tom. VI, p. 655* camisas] MPG 4 cofias] cf. Forcellini tom. II, p. 256, redit E 5 tradidit T altari GT dadonis T quo LE 6 induere LE 7 factis tamitis L, facti mitis E 8 synergium] cf. Du Cange Gloss. tom. VI, p. 472 10 ociosam M quantumque] quam LE quod M 12 ferre] ornare in T sacro componit altari (altario LE)] PMG¹LE 13 conditum P¹M, condatum P², condotense E, condatensem (T): cf. Greg. Hist. Fr. X, 31 obiit apud condatensem vicum urbis suae quo] LE, ubi *rell.* 14 de] a M 16 suadas GT pictauro L, pictauro E 17 qualiter (PG), quale L enumerat G 18 fladone] cf. Forcellini tom. III, p. 92 sigilatium] PMT, segalatium G, selacio L, sic allato E, cf. *infra* p. 44, 11 panem absconsum ante sigilatium M, pane absconso LE uel] et (PG) ordeacio L, ordeaceo E manducauit P¹M 20 legumen — 21 uero praeter] om. L (non E) et] suppl. P², om. M non] om. M 21 nec] ne M quid] om. T edidit G¹, esui habuit T uero] om. LE piratium] cf. Forcellini tom. VI, p. 681 22 aut] atque M medus PG, medis M¹, medonis M² ceruisaeque] *codd.* non contigit] om. L, non bibit E 23 tumore M 24 tota quadragesima (MT) quatrividuam G¹ postulavit] sua manu conmoluit *add.* L, commoluit *add.* E 25 incessanter LET 26 nec] ne M, ut nec (ET) 27 donaretur (GT) 28 tot thesauri T unde *** (ras. tot) peregrinae tot diuitiae T 31 quantum et sabbato P¹M, diebus quinta scilicet feria et sabbato T de] om. T 32 savano] v. *supra* p. 41, l. 2 crustae T

singillatim capita pectebat ipsa quae laverat. (40) Ulcera vero cicatricum, quae cutis laxa detexerat aut ungues exasperaverant, more euangelico oleo superfuso mulcebat morbi contagium. Mulierum vero descendendum in tinam ipsa cum sapone a capite usque ad plantam membra singula diluebat. Egredientibus exinde si cui veterata
 5 indumenta conspiceret tollens rasa, nova reddens, ante pannosos faciebat venire cultos ad prandium. (41) Quibus congregatis, ministerio parato, ipsa aquam sive mappam singulis porrigebat et invalidis ipsa pariter os et manus tergebat. Hinc tribus ferulis inlatis, farcitis deliciis, stans ante prandentes ieiuna, praesens convivis ipsa
 10 incidebat panem, carnem, quidquid adponeret. (42) Languidis autem et caecis non cessabat ipsa cibos cum coeleare porrigere, hoc praesentibus duabus sed se sola serviente, ut nova Martha satageret, donec potulenti fratres laeti fierent conviviis. Tunc illa removens se loco, ut ablueret manus, iam bene culto convivio tota gratificabatur. Si quid audiret de fremitu, iubebat tamen ut sederent, donec vellent adsurgere.

XVIII

(43) Venerabili vero omni dominico die hoc habebat in canone vel aestate vel
 15 hieme, ut pauperibus collectis primo merum sua manu de potu dulce porrigeret, puellae postea committens, ut omnibus illa propinaret, quia ipsa festinabat orationi occurrere, quo et cursum consummaret et sacerdotibus ad mensam invitatis occurreret, quos adhuc regali more ad propria cum redirent sine munere non laxaret.

(44) Hanc quoque rem intremescendam qua peragebat dulcedine! Cum leprosi
 20 venientes signo facto se proderent, iubebat adminiculae, ut unde vel quanti essent pia cura requireret. Qua sibi renuntiante, parata mensa, missorium, cocleares, cultellos, cannas, potum et calices scola subsequente intromittebatur furtim, quo se nemo perciperet. Ipsa tamen mulieres variis leprae maculis comprehendens in amplexu, osculabatur et vultum toto diligens animo. (45) Deinde posita mensa ferens aquam
 25 calidam, facies lavabat, manus, ungues et ulcera et rursus administrabat ipsa pascens per singula. Recedentibus praebebat auri vel vestimenti vix una teste munuscula. (46) Ministra tamen praesumebat et blandimentis sic appellare: Sanctissima domina, quis te osculetur quae sic leprosos amplecteris? Illa respondit benivole: Vere si me non osculeris, hinc mihi cura nec ulla est.

XIX

(47) Quae tamen praestante deo diverso fulsit miraculo. Denique si quis pustulae
 30 desperaret de vulnere, offerebat ministra sanctae folium pampani mentiens sibi opus hoc esse. Sic vix obtento signaculo portans ad desperatum, vulnere superposito mox occurrebat remedium. (48) Item frigoreticus qui venisset aut languidus dicens in somnis se vidisse, ut pro sua salute feminae sanctae occurreret, offerens candelam
 35 alicui ex ministris, qua incensa per noctem morbus accipiebat mortem, morbidus sani-

XX

2 Marc. 6, 13. 11 Luc. 10, 14.

1 pectinabat <i>LE</i>	4 ad] <i>deest G</i>	inueterata <i>T</i>	5 reddebat <i>T</i>	8 conuiuuiis <i>P¹M</i>
10 cocleariis <i>L</i> , coclea <i>E</i>	sola se <i>PM</i>	11 marta <i>PM</i>	fierent] feruerent <i>LE</i>	13 assurgere
uellent <i>T</i>	14 omni] <i>om. M</i>	uel aestate] aestate <i>T</i>	15 primum <i>LE</i>	16 omnes <i>G</i> ,
<i>om. M</i>	orationi occurrere] orationi incurere <i>M</i> , ad orationem recurrere <i>L</i> , orationi incumbere <i>E</i>			
17 et cursum] <i>corr. P²</i> , ad cursum <i>M</i>	occurrit <i>L</i>	18 relaxaret <i>T</i>	19 dulcedinem <i>P¹</i>	
22 cannas] v. <i>Du Cange Gloss. tom. II, p. 97</i>	intromittebantur <i>LE</i> , intromittebat <i>T</i>		23 lepra	
<i>P¹</i>	maculis] perfusas maculis <i>T</i>	24 uultus <i>LE</i> , osculabatur in deoeas toto <i>T</i>	26 uesti-	
menti] solatium <i>add. T</i>	munifica <i>GT</i>	27 et] <i>PMG</i> , et si <i>L</i> , <i>om. E</i> , eam (<i>T</i>)	appell-	
lari <i>P¹</i>	28 beneuolo <i>L</i> , <i>om. E</i>	uere si me] uenire <i>L</i> , uerum si me <i>E</i>	29 osculas <i>M¹</i> ,	
oscularis <i>M²</i>	cura nec ulla] cura nulla <i>M</i> , nulla cura <i>T</i>	30 fulgit <i>M¹</i>	31 auferebat <i>PM</i> ,	
ut <i>infra</i>	pampani] <i>PMG</i>	32 esse hoc <i>M</i>	si <i>P¹G</i> , sique (<i>T</i>)	obtentio uix <i>T</i>
positum <i>T</i>	33 item] <i>E</i> , idem <i>MG²LT</i> , id est <i>P¹G¹</i> , et <i>P²</i>	frigoraticus <i>MP¹</i>	34 sanctae	super-
feminae <i>T</i>	offerebat <i>T</i>	35 accensa (<i>L</i>)(<i>T</i>)	morbidus] autem <i>add. M</i>	

tatem. (49) Quotiens autem cum cognovisset decubantem in lectulo, portans poma peregrina, dulce simul et calidum, reficiebat aegrotum, et qui nec decimo iam die quid percepisset, cibaria ipsa mox administrante, languidus accipiebat cibum pariter et salutem? Quod tamen ipsa imperabat ne quis proferret in fabula.

XXI (50) Quanta vero congressio popularis extitit die qua se sancta deliberavit reclu- 5
dere, ut quos plateae non caperent ascendentes tecta complerent? Quid autem sanc-
tissima ieiunii, obsequii, humilitatis, karitatis, laboris et cruciatus ferventer indepta
sit, si quis cuncta percurreret, ipsam praedicaret tam confessorem quam martyrem.

(51) Ergo venerabilem praeter diem dominicum fuit sacratissimae omnis dies ieiunium,
lenticulae vel holeris prope ieiuna refectio, non avem, piscem vel pomum nec ovum 10
habens edulium. Panis vero deliciarum sigilatium fuit aut ordeatium, quem absconsum
sub fladone sumebat ne quis perciperet. Haec fuit etiam potio aqua mulsa, piratium,
sed modice libata sitibunda potatio.

XXII (52) Prima quoque quadragesima qua se reclusit in cellula donec fuisset trans-
acta, panis non sumpsit cibaria nisi die dominico tantum radices herbarum aut holera 15
de malbis sine olei gutta, sine sale composita. Verum aqua toto ieiunio nec sumens
duo sestaria, hinc tanta siti laborabat ut faucibus desiccatis vix psalmum diceret arida.

(53) Cilicium etiam habens ad corpus pro linteo, iugiter cursum decantans peragebat
vigilias: ante se cinerem stratum superiecto cilicio, hoc utebatur pro lectulo, ipsa re-
quies fatigabat cui parum videbatur hoc sustinere corpusculum. 20

XXIII (54) Adhuc monachus omnibus soporantibus calciamenta tergens et unguens,
retransmittebat per singulas. Aliis quadragesimis aliquid relaxatius quinta feria su-
mebat, deinde dominica. (55) Nam et reliquo tempore praeter dies paschales ac
summae festivitatis, donec infirmitas permisit, in cinerem et cilicium semper vitam
duxit austeram, prius se levans ut psalleret quam congregatio surrexisset. Nam de 25
officiis monasterialibus nihil sibi placuit nisi prima serviret et ipsa se castigabat si
bonum post alteram. (56) Ergo suis vicibus scopans monasterii plateas simul et an-
gulos, quidquid erat foedum purgans et ante sarcinans, quod aliis horret videre non
abhorrebat evehere. Secretum etiam purgare opus non tardans sed occupans, ferens
foetores stercoris, credebat se minorem sibi, si se non nobilitaret vilitate servitii. 30
(57) Ligna subportans brachiis, focum flatibus, forcipibus admonens, cadens nec laesa
se retrahens, extra suam ebdomadam infirmitatibus serviens, ipsa cibos decoquens,
aegrotis facies abluens, ipsa calidum porrigens visitabat quos fovebat, ieiuna rediens
cellulam.

1 cum] *om. LET* 2 et] ad *M*¹, uel *P*¹ calido *P*²*LET* 3 quid] *om. T* cibariae *L*,
cibi *E* languidis *P*²*M* 4 fabulam *PET: v. Fortun. V. M. II, 391* iam quoque martini quae fabula
fluxerit ore 5 popularis] *om. M* 7 frequenter *T* 9 praeter ergo uenerabilem diem *L*,
ergo praeter uenerabilem diem *E* omnibus diebus ieiunii *T* 10 ieiuna] *om. M* auem] *om.*
T, non *add. L*, uel *add. E* 11 edulio *T* sigilatium] *P*¹*M*², sigilatius *P*²*T*, segilatium *M*¹,
segalatium *G*, secale *L*, sigale *E*, *cf. supra p. 42, l. 18* ordeatium] *M*, ordeacium *P*¹, ordeatius *P*²,
ordeum *L*, hordeum *E*, ordeaceus *T* quam *G* absconso *L*, absconse *E* 12 etiam] eius
add. T 13 libata ac sitibunda *T* 14 quoque] *om. T* 16 malua *LE* aquae (*T*),
aquam *E* duo sestaria sumens *T* 17 duo] nisi duo *LE* hinc] *om. T* 18 cilium *T*
linteo] ac *add. T* 19 cinerem seruatum *L*, cinere strato *E* 21 soporantis *G*¹ 22 relaxans *T*
23 deinde] et *M* dominica] *MGT*, die dominica *P*, die dominico *LE* 24 cinerem et cilicium]
*P*¹*M*¹*G*¹ 26 si bonum post alteram] *PM*¹, *om. L*, faceret *add. M*², ageret *add. G*, si ponebatur post al-
teram *E*, si bonum fecisset post alteram *T*, *verbum desideratur, cf. carn. VIII, 16, 1* 27 simul et] uel *T*
28 ante sarcinans] *L*, ante sarcinas *PG*, *om. M*, sarcinas *E(T)* quod aliis horret (orret *PM*)] *PMG*,
quicquid alius horrebat *L*, aliis quod horret *E*, quas alii horrebant *T* 29 opus purgare *T* occu-
pans ferens] scopans ferebat *T* 30 seruitii uilitate *T* 31 superportans *P*²*E* flatibus] et *add.*
T, excitans *add. E* calens (*G*) ne *P*¹*M*¹ 32 retrahebat *T* 34 cellam *PM*¹, ad cellam *M*²*T*

(58) Illud quoque quis explicet, quanto fervore excitata ad coquinam concursitabat XXIV
suam faciens septimanam? Denique nulla monacharum nisi de posticio quantum ligni
opus erat sola ferebat in sarcina. Aquam de puteo trahebat et dispensabat per vas-
cula. Holus purgans, legumen lavans, flatu focum vivificans, et ut decoqueret escas,
5 satagebat exaestuans, vasa de foco ipsa levans, discos lavans et inferens. (59) Hinc
consummatis convivii ipsa vascula diluens, purgans nitide coquinam, quidquid erat
lutulentum, ferebat ima purgamina. Inde per aegrotantes inferens, ibat non tepida,
et priusquam exciperet Arelatensem regulam, ebdomada transacta sufficienter ad omnes
calidam faciebat. Humilitate sanctissima pedes lavans et osculans et adhuc omnes
10 prostrata deprecabatur veniam negligentia pro commissa.

(60) Itaque post tot labores quas sibi poenas intulerit et ipse qui voce refert XXV
perhorrescit. Quadam vice dum sibi latos tres circulos ferreos diebus quadragiesimae
collo vel brachiis nexuit, et tres catenas inserens circa suum corpus dum alligasset
adstricte, inclusit durum ferrum caro tenera supercrescens. Et transacto ieiunio cum
15 voluisset catenas sub cute clausas extrahere nec valeret, caro per dorsum atque pectus
super ferrum catenarum est incisa per circulum, ut sanguis fusus ad extremum ex-
inaniret corpusculum.

(61) Item vice sub altera iussit fieri laminam in signo Christi oricalcam, quam XXVI
accensam in cellula locis duobus corporis altius sibi impressit, tota carne decocta.
20 Sic spiritu flammante membra faciebat ardere. (62) Adhuc aliquid gravius in se ipsa
tortrix excogitans, una quadragiesimarum super austerum ieiunium et sitis torridae
cruciatum, adhuc lima cilicii membra tenera setis asperis dissipante, iubet portare
aquamanile ardentibus plenum carbonibus. Hinc discedentibus reliquis, membris tre-
pidantibus, animus armatur ad poenam, tractans quia non essent persecutionis tem-
pora a se ut fieret martyra. (63) Inter haec ut refrigeraret tam ferventem animum,
25 incendere corpus deliberat, adponit aera candentia, stridunt membra crementia, con-
sumitur cutis et intima quo attingit ardor fit fossa. Tacens tegit foramina, sed con-
putrescens sanguis manifestabat quod vox non prodebat in poena. Sic femina pro
Christi dulcedine tot amara libenter exceptit. Hinc actum est, quod ipsa abdidit
30 hoc miracula non tacerent.

(64) Itaque matrona Gislaadi proceris nomine Bella sed longa caecitate miserrima XXVII
rogavit se de Francia Pictavis ad sanctae duci devote praesentiam. Quam licet tarde
exorata sibi fecit occurri per tetrae noctis silentia. (65) Prostrata cuius ad genua ut
dignaretur oculos eius signare vix impetrat. Quae mox in nomine Christi signum

1 feruore] seruitio est *L*, seruitio *E* excita *T* 2 nullam *P¹M* nisi] ipsa *add.* (*T*)
de postio *P²*, nisi depositio fieret *superscr.* *M²* 4 focum flatu *T* 5 leuans] lauans *M*, *om.* *L*
lauans discos *L*, discos leuans *E* 6 coquina *PMLE* 7 ima purgamina] foras in locum designatum
vulg. inferens] necessaria *add.* *vulg.* non tepida] intrepida *E*, intepida *T* 8 ilaretense re-
gula *M* ebdomada] sub *add.* *PG* 9 calidam (aquam *add.* *PM*) faciebat humilitate] faciebat huma-
nitate] *T* omnes] ante *add.* *LE*, ac omnibus *T* 10 pro commissa negligentia *LT* 11 in-
tulerat *P²G* ipsa quae *G*, intulerit ipsa qui *T* 12 dum] *om.* *T* latos tres] inlatos tres
L, inlatas tres *E*, tres latos *T* 14 abstricte *M*, adstrictus *L*, astrictus *E* 18 sub] *om.* *T*
auricalcam *L*, aurichalcam *E*, laminam de auricalco in signo christi *T* 19 cella *PM*, cellulam *T*
22 adhuc lima] ad ima *L*, adhuc ad ima *E* dissipantem *LE* 23 aquamanile] manile *T*, *cf.* *Forcel-
lini I*, p. 318 plenum ardentibus *T* huic *M¹* 25 a se] *om.* *ET* martyr *G(T)* fer-
uenter *PG* 26 crementia] *PM*, *rhythmo firmatum* 27 et] *om.* *T* conputrescens sanguis]
conputrescentibus sanguis *L*, conputrescente riuus sanguinis *E* 28 manifestabat] *om.* *L*, prodidit *E*
29 est] ut *add.* *G²(LET)* abdidit *PMLE* 31 gislodi *T* proceris *M* 32 deuotae *L*,
deuota *E* 33 exorata *PE* occurri] adduci *T* ad cuius genua prostrata uix impetrat ut
dignaretur oculos eius tangere (*superscr.* † signare) *T* 34 mox] ut *add.* *M²G*

crucis inpressit, caecitas fugit, lux rediit et nocturno sub tempore orbae diu dies inluxit, ita ut tracta cum venisset, nullo ducente recederet.

- XXVIII (66) Item puella Fraifledis inimico instigante dum torqueretur tam nequiter, Suedas inter manus sanctae nec data dilatione curari promeruit. (67) Nec illud praetercatur tempus beatae quod praestitit. Femina quaedam Leubila dum vexaretur in rure ab adversario graviter, sequenti die sancta orante, nova Christi curatione in scapula crepante cute et verme foras exeunte, sana est reddita publice et ipsum vermem calcans pede liberata se retulit.
- XXIX (68) Illud quod gessit in secreto proferatur in populum. Monacha quaedam toto anno in die gelata frigore, per noctem cremata igne, sex mensibus nec gressum movens cum iaceret exanimis, sanctae de eius infirmitate soror altera nuntiavit. Et quia perinanis esset, tepidam fieri praecepit, ipsam aegrotam ad se facit in cellulam deportari et in tepida deponi. (69) Hinc iubet omnes removeri, remanente tantum sola simul aegrotata cum medica fere per horas duas. Quantum est corporis forma a capite usque ad plantam infirma membra conbailulat. (70) Dehinc quo manus attingebat, fugiebat dolor de languida et quam duae deposuerant exiit salubris de tepida, quae vinum nec odorabat accepit, bibit et refecta est. Quid plura? Sequenti die cum iam speraretur migrare de saeculo, salva processit in publicum.
- XXX (71) Adiciatur laudi quod non deperit merito. Mulier quaedam dum inimici invasione graviter laboraret et vix ad sanctam potuissent hostem rebellem adducere, imperat adversario, ut se suo cum timore pavimento prosterneret. Mox ad beatae sermonem in terra se deiciens, qui timebatur extimuit. Cui sancta plena fide cum calcasset in cervice, fluxu ventris egressus est. (72) Est et in rebus minimis magna gloria creatoris. Ergo casu dum glomus quem sancta filaverat perpenderet de camera, veniens sorix ut tangeret, antequam filum incidere mortuus in morsu pendit.
- XXXI (73) Inseratur operi res tam digna miraculo. Floreius quidam nomine homo eiusdem sanctae pro piscatione dum in mare satageret, oborto ventorum turbine, fluctuum surgente mole nec tam nauta sentinante quam unda supervergente, cum navis plena submergeret, in extremitate clamat: Sancta Radegundis, dum tibi oboedimus, non subsidamus naufragio, sed obtine apud deum, ut liberemur de pelago. Quo dicto, mox fugata nube, reddita serenitate, unda cadente, prora surrexit.
- XXXII (74) Goda puella saecularis post deo monacha serviens, dum longo sub tempore lecto flebilis decubaret et inpenso multo medicamine plus langueret, facta candela ad mensuram suae staturae, domino miserante in nomine sanctae feminae, qua hora fri-

1 fulgit *P*¹ 2 ut tracta] in tracta *M* 3 fraillindis *L*, friafledis *E* tam] *om.* *T*
 suedas] *ML*, suaedas *PG*, *om.* *ET*, *cf. supra p. 42, 16* 5 feminam *P*¹ letibilo *M*¹, leubilo *PG*,
 leobila *L* in ru*re *P*, irru* *M*¹, irruente *M*² 6 ab aduersario] aduersatio *M*¹, aduersario *M*²
 8 liberatam *MG* 9 profertur *LE* in populum, *superscr.* † in publicum *P*, in publicum *M* a mo-
 nacha *caput incipit LE* 12 ipsam aegrotam] et egram ipsam *T* fecit *LET* cellam *PM*, cellula (*G*)
 13 tapete *LE*, tepida aqua *T* sola] *om.* *T* 14 forma corporis *M* 15 ad] *om.* *G* plan-
 tas infirmae *LE* deinde cum *M*, dein quo *T* 16 dolor] *om.* *M* et] *om.* *LE* duae]
 diu *M* de tepida] *om.* *L*, de tapete *E* 17 refecta est] refecit *L*, reficit *E* 18 speraret *G*,
 spectaretur *LE* sana *T* 19 deperit de merito *T* 20 rebellem hostem *T* 21 se] *om.* *M*
 cum] *om.* *M* tumore *LE* 22 terram (*GT*) 23 ceruicem *PE* est et] et *LT*, extitit *E*
 magna] est *add.* *T* 24 dum] *PGET* globus *LE*, *cf. supra p. 9, l. 10* penderet *P*²*LE*
 25 sorix] *PGE*, surix *M*, surrexit *L*, sorex (*T*) pendit in morsu *T* 27 miracula *P*¹*M*¹, *om.* *E*
 foreus *M* quidam] qui dicitur *PM* nomine] *om.* *T* 28 aborta uentorum turbidine *P*¹*M*¹,
 aborto *LE* 29 sentinante] se inante *M*¹, se inaniente *M*², sentinam *L*, sent *E* 31 subdamur *T*
 32 redita *M*¹ cadentem *P*¹ 35 staturae suae *L*, suae naturae *E* feminae] *om.* *M*

gus speraret lumen accendit et tenuit, cuius beneficio ante fugata sunt frigora quam esset candela consumpta.

(75) Si propter brevitatem multa praetermittimus, plus peccamus. Igitur purgatis XXXIII
 velociter reliquis, dilatato remedio, carpentarii cuiusdam uxor, dum plurimis diebus
 5 inergumine torqueretur, venerabilis eius abbatissa ioculariter dicit ad sanctam: Crede,
 mater, excommunico te, si intra hoc triduum mulier haec ab hoste purgata non red-
 ditur. Dixit plane, sed fecit sanctam mulierem occulte reficiendi tempore paenitentem.
 (76) Quo ne moremur quid actum sit, altera die sancta precante adversarius rugiens
 per aurem egrediens, invasum vasculum deserit, mulier cum marito sospes redit ho-
 20 spitium. (77) Nec illud praetereatur quod est actum simillimum. Rogat beatissima
 de loco suo evelli arborem validam lauri et ad suam cellulam pro iocunditate trans-
 ferri. Quo facto, transplantata non adhaerente radice, fit tota foliis arida. Cui ab-
 batissa ioculariter inputat, nisi exoraret ut arbor terrae adhaereret, se de cibo suspen-
 deret. Quod non inaniter dictum est, nam sancta intercedente foliis, ramis, radice
 15 laurus siccata reviruit.

(78) De monachabus quaedam sibi familiarior, cuius ex humore sanguis contexerat XXXIV
 oculum, adprehensa herba absinthii, quam sancta circa pectus ut refrigeraret habuerat,
 cum super oculum posuit, dolor et cruor mox effugit et de viriditate herbae puritas
 lucis emicuit. (79) Revocetur memoriae quod tacitum paene praeteriit. Anderedus
 20 agens eiusdem beatissimae, cum sibi filii nascerentur, quos ut videret mox perderet,
 et cogitaret sepelire mater tristis dum pareret, exanimem infantulum lacrimosi parentes
 iactant in sanctae cilicium. Qui saluberrimam vestem mox panni nobilis attingit, ad
 officium vitale redit infans de funere et rubens levat de pallio pallor vicinus ad tu-
 mulum.

(80) Quis numeret mirabilia quae Christi misericors operatur clementia? Animia XXXV
 monacha dum tanto hydropis morbo tumefacta tenderetur, ut salus esset in ultimo,
 et deputatae sorores spectarent, quo momento exhalaret spiritum, visa est illi per so-
 porem cum veneranda abbatissa beata Radegundis in balneo sine liquore nudam
 iubere descendere. (81) Deinde manu beatae visa est oleum aegrotae super caput
 30 effundere et nova veste contegere. Quo peracto mysterio, evigilanti de sopore de
 morbo nihil apparuit, ita ut nec subsudasset et intus aqua consumpta sit. Quo novo
 sub miraculo non reliquit in utero nec morbus vestigium. Nam quae credebatur de-
 ferri praeceps ad tumulum, levat ad cursum de lectulo, ut olei testimonium odor in-
 esset capitis et ventris nulla pernicies.

(82) Proferatur in medio quo gratuletur regio. Quadam vice obumbrante iam XXXVI

1 figurata P¹ 3 plus peccamus] om. M 4 reliquis uelociter T dilato G plurimis]
 in plurimis P 5 inergumine] PM¹, inergumino G, in energumino T torqueretur] spiritu add. T
 7 sancta LE penitere T 8 quod GL², sed ne moremur dicere quid T sancta] om. M
 9 egressus T deseruit et mulier T marito] P¹GLET, merito P²M hospitium redit L,
 redit in hospicio E, reuisit hospitium T 10 simillium G 11 cellam PM 12 toto G
 13 nisi] quod nisi T de] a T 14 ramis] et add. T 16 familiar M 17 absinthii] ET,
 absentii PGL, absentii M, cf. Fortun. V. M. IV, 546 refrigeraretur T 18 effugit G¹ 19 me-
 moria G tacite LE 20 mox] et add. PM 22 iactent G¹ qui] ut add. (T) mox]
 om. T 23 redit] om. T leuat — tumulum] pallor uicinus tumulo leuat de pallio T uicinis
 M¹ 26 tantum (GT) 27 exaltarent, exp. n L uisum T 28 cum] quod cum T
 29 iuberet PM manus T beata PM super caput aegrotae oleum est T 30 ministerio
 T euigilante PM, uigilante G nil de morbo in ea apparuit T 31 aquam P¹ 32 sub]
 om. T nec morbus] PM, nec morbi G, nec mors nec morbi (morbus E) LE, morbus nec T 33 de
 lectulo adcursum T testimonio LE, olei odor inesset capiti ad testimonium T 34 nulla] foret
 add. T 35 quo] tota add. T religio LE

crucis impressit, caecitas fugit, lux rediit et nocturno sub tempore orbae diu dies inluxit, ita ut tracta cum venisset, nullo ducente recederet.

XXVIII (66) Item puella Fraifledis inimico instigante dum torqueretur tam nequiter, Suedas inter manus sanctae nec data dilatione curari promeruit. (67) Nec illud praeter-
eatur tempus beatae quod praestitit. Femina quaedam Leubila dum vexaretur in
rure ab adversario graviter, sequenti die sancta orante, nova Christi curatione in
scapula crepante cute et verme foras exeunte, sana est reddita publice et ipsum
vermem calcans pede liberata se retulit.

XXIX (68) Illud quod gessit in secreto proferatur in populum. Monacha quaedam toto
anno in die gelata frigore, per noctem cremata igne, sex mensibus nec gressum mo-
vens cum iaceret exanimis, sanctae de eius infirmitate soror altera nuntiavit. Et quia
perinanis esset, tepidam fieri praecepit, ipsam aegrotam ad se facit in cellulam de-
portari et in tepida deponi. (69) Hinc iubet omnes removeri, remanente tantum sola
simul aegrotam cum medica fere per horas duas. Quantum est corporis forma a capite
usque ad plantam infirma membra conbailulat. (70) Dehinc quo manus attingebat,
fugiebat dolor de languida et quam duae deposuerant exiit salubris de tepida, quae
vinum nec odorabat accepit, bibit et refecta est. Quid plura? Sequenti die cum iam
speraretur migrare de saeculo, salva processit in publicum.

XXX (71) Adiciatur laudi quod non deperit merito. Mulier quaedam dum inimici in-
vasione graviter laboraret et vix ad sanctam potuissent hostem rebellem adducere,
imperat adversario, ut se suo cum timore pavimento prosterneret. Mox ad beatae
sermonem in terra se deiciens, qui timebatur extimuit. Cui sancta plena fide cum
calcasset in cervice, fluxu ventris egressus est. (72) Est et in rebus minimis magna
gloria creatoris. Ergo casu dum glomus quem sancta flaverat perpenderet de ca-
mera, veniens sorix ut tangeret, antequam filum incidere mortuus in morsu pe-
pendit.

XXXI (73) Inseratur operi res tam digna miraculo. Floreius quidam nomine homo eius-
dem sanctae pro piscatione dum in mare satageret, oborto ventorum turbine, fluctuum
surgente mole nec tam nauta sentinante quam unda supervergente, cum navis plena
submergeret, in extremitate clamat: Sancta Radegundis, dum tibi oboedimus, non
subsidamus naufragio, sed obtine apud deum, ut liberemur de pelago. Quo dicto,
mox fugata nube, reddita serenitate, unda cadente, prora surrexit.

XXXII (74) Goda puella saecularis post deo monacha serviens, dum longo sub tempore
lecto flebilis decubaret et inpenso multo medicamine plus langueret, facta candela ad
mensuram suae staturae, domino miserante in nomine sanctae feminae, qua hora fri-

1 fulgit *P*¹ 2 ut tracta] in tracta *M* 3 fraillindis *L*, fraifledis *E* tam] *om.* *T*
suedas] *ML*, suaedas *PG*, *om.* *ET*, *cf. supra p. 42, 16* 5 feminam *P*¹ letibilo *M*¹, leubilo *PG*,
leobila *L* in rure *P*, irrue *M*¹, irruente *M*² 6 ab adversario] adversatio *M*¹, adversario *M*²
8 liberatam *MG* 9 profertur *LE* in populum, *superscr.* † in publicum *P*, in publicum *M* a mo-
nacha *caput incipit LE* 12 ipsam aegrotam] et egram ipsam *T* fecit *LET* cellam *PM*, cellula (*G*)
13 tapete *LE*, tepida aqua *T* sola] *om.* *T* 14 forma corporis *M* 15 ad] *om.* *G* plan-
tas infirmae *LE* deinde cum *M*, dein quo *T* 16 dolor] *om.* *M* et] *om.* *LE* duae]
diu *M* de tepida] *om.* *L*, de tapete *E* 17 refecta est] refecit *L*, reficit *E* 18 speraret *G*,
spectaretur *LE* sana *T* 19 deperit de merito *T* 20 rebellem hostem *T* 21 se] *om.* *M*
cum] *om.* *M* tumore *LE* 22 terram (*GT*) 23 cervicem *PE* est et] et *LT*, extitit *E*
magna] est *add.* *T* 24 dum] *PGET* globus *LE*, *cf. supra p. 9, l. 10* penderet *P²LE*
25 sorix] *PGE*, surix *M*, surrexit *L*, sorex (*T*) pependit in morsu *T* 27 miracula *P¹M¹*, *om.* *E*
foreius *M* quidam] qui dicitur *PM* nomine] *om.* *T* 28 aborta uentorum turbidine *P¹M¹*,
aborto *LE* 29 sentinante] se inante *M*¹, se inaniente *M*², sentinam *L*, sent *E* 31 subdamur *T*
32 redita *M*¹ cadentem *P*¹ 35 staturae suae *L*, suae naturae *E* feminae] *om.* *M*

gus speraret lumen accendit et tenuit, cuius beneficio ante fugata sunt frigora quam esset candela consumpta.

(75) Si propter brevitatem multa praetermittimus, plus peccamus. Igitur purgatis XXXIII
velociter reliquis, dilatato remedio, carpentarii cuiusdam uxor, dum plurimis diebus
5 inergumine torqueretur, venerabilis eius abbatissa ioculariter dicit ad sanctam: Crede,
mater, excommunico te, si intra hoc triduum mulier haec ab hoste purgata non red-
ditur. Dixit plane, sed fecit sanctam mulierem occulte reficiendi tempore paenitentem.

(76) Quo ne moremur quid actum sit, altera die sancta precante adversarius regiens
per aurem egrediens, invasum vasculum deserit, mulier cum marito sospes redit ho-
10 spitium. (77) Nec illud praetereatur quod est actum simillimum. Rogat beatissima
de loco suo evelli arborem validam lauri et ad suam cellulam pro iocunditate trans-
ferri. Quo facto, transplantata non adhaerente radice, fit tota foliis arida. Cui ab-
batissa ioculariter inputat, nisi exoraret ut arbor terrae adhaereret, se de cibo suspen-
deret. Quod non inaniter dictum est, nam sancta intercedente foliis, ramis, radice
15 laurus siccata reviruit.

(78) De monachabus quaedam sibi familiarior, cuius ex humore sanguis contexerat XXXIV
oculum, adprehensa herba absinthii, quam sancta circa pectus ut refrigeraret habuerat,
cum super oculum posuit, dolor et cruor mox effugit et de viriditate herbae puritas
lucis emicuit. (79) Revocetur memoriae quod tacitum paene praeteriit. Anderedus
20 agens eiusdem beatissimae, cum sibi filii nascerentur, quos ut videret mox perderet,
et cogitaret sepelire mater tristis dum pareret, exanimem infantulum lacrimosi parentes
iactant in sanctae cilicium. Qui saluberrimam vestem mox panni nobilis attingit, ad
officium vitale redit infans de funere et rubens levat de pallio pallor vicinus ad tu-
mulum.

(80) Quis numeret mirabilia quae Christi misericors operatur clementia? Animia XXXV
monacha dum tanto hydropis morbo tumefacta tenderetur, ut salus esset in ultimo,
et deputatae sorores spectarent, quo momento exhalaret spiritum, visa est illi per so-
porem cum veneranda abbatissa beata Radegundis in balneo sine liquore nudam
iubere descendere. (81) Deinde manu beatae visa est oleum aegrotae super caput
30 effundere et nova veste contegere. Quo peracto mysterio, evigilanti de sopore de
morbo nihil apparuit, ita ut nec subsudasset et intus aqua consumpta sit. Quo novo
sub miraculo non reliquit in utero nec morbus vestigium. Nam quae credebatur de-
ferri praeceps ad tumulum, levat ad cursum de lectulo, ut olei testimonium odor in-
esset capitis et ventris nulla pernicies.

(82) Proferatur in medio quo gratuletur regio. Quadam vice obumbrante iam XXXVI

1 figurata *P*¹ 3 plus peccamus] *om. M* 4 reliquis uelociter *T* dilato *G* plurimis]
in plurimis *P* 5 inergumine] *PM*¹, inergumino *G*, in energumino *T* torqueretur] spiritu *add. T*
7 sancta *LE* penitere *T* 8 quod *GL*², sed ne moremur dicere quid *T* sancta] *om. M*
9 egressus *T* deseruit et mulier *T* marito] *P*¹*GLET*, merito *P*²*M* hospitium redit *L*,
redit in hospicio *E*, reuisit hospitium *T* 10 simillium *G* 11 cellam *PM* 12 toto *G*
13 nisi] quod nisi *T* de] a *T* 14 ramis] et *add. T* 16 familiar *M* 17 absinthii] *ET*,
absentii *PGL*, absentii *M*, cf. *Fortun. V. M. IV, 546* refrigeraretur *T* 18 effugit *G*¹ 19 me-
moria *G* tacite *LE* 20 mox] et *add. PM* 22 iactent *G*¹ qui] ut *add. (T)* mox]
om. T 23 redit] *om. T* leuat — tumulum] pallor vicinus tumulo leuat de pallio *T* vicinis
*M*¹ 26 tantum (*GT*) 27 exaltarent, *exp. n L* uisum *T* 28 cum] quod cum *T*
29 iuberet *PM* manus *T* beata *PM* super caput aegrotae oleum est *T* 30 ministerio
T euigilante *PM*, uigilante *G* nil de morbo in ea apparuit *T* 31 aquam *P*¹ 32 sub]
om. T nec morbus] *PM*, nec morbi *G*, nec mors nec morbi (morbus *E*) *LE*, morbus nec *T* 33 de
lectulo adcursum *T* testimonio *LE*, olei odor inesset capiti ad testimonium *T* 34 nulla] foret
add. T 35 quo] tota *add. T* religio *LE*

noctis crepusculo inter coraulas et citharas dum circa monasterium a saecularibus multo fremitu cantaretur et sancta duabus testibus perorasset diutius, dicit quaedam monacha sermone ioculari: Domina, recognovi unam de meis canticis a saltantibus praedicari. (83) Cui respondit: Grande est, si te delectat coniunctam religioni audire odorem saeculi. Adhuc soror pronuntiat: Vere, domina, duas et tres hic modo meas canticas audivi quas tenui. Sancta respondit: Teste deo me nihil audisse modo saeculare de cantico. Vnde manifestum est, ut carne licet in saeculo, mente tamen esset in caelo.

XXXVII (84) Praedicetur in laude Christi more beati Martini tempore praesenti antiqui norma miraculi. Cum beatissima femina reclusa esset in cellula, audivit fletum de monacha et signo tacto venientem quid illud esset interrogat. Quae mortuam sororem nuntiavit infantulam et frigida quo lavaretur paratam esse iam calidam. (85) Condolens sancta tunc imperat, ut cadaver ipsius suam deferret in cellulam. Quo sibi deportato, excepit manu propria, reclusa post se mox ianua, iubens longe discedere, ne quis sentiret quid ageret, sed quod occulte gessit celare diu non potuit. Inter haec dum defunctae exsequiae praeparantur, fere per horas septem mortuae tractat corpusculum. (86) Sed Christo vidente fidem, cui negare non potuit, reddita prorsus salute, surgit haec ab oratione, resurgit illa de funere et se tunc sublevat vetula cum revixisset infantula. Quam tacto iterum signo laetificata reddit vivam, quam flens acceperat mortuam.

XXXVIII (87) Commemoretur et illud nobile factum. Per somnium tribunus fisci cogno-mento Domolenus die qua sanctissima migravit de saeculo dum graviter suffocationis totus languore deficeret videbatur ipsi, quod sancta in vicum eius dignabiliter accessisset. Currit, salutatur, interrogatur quid beata requireret. (88) Tunc ipsa dicit, quod ad eum illic videndum pervenerit. Et quia votum plebis erat, ut beati Martini oratorium conderent, adprehendit tribuni manum beatissima dicens: Hoc loco sunt confessoris venerandae reliquiae, per hoc aedificate templum quod sibi ducat dignissimum. (89) Quale dei mysterium! Fundamentum et pavimento repertum est, quo basilica facta est. Adhuc in ipso sopore manum trahit per fauces eius, et gulam diu deliniens, insuper et hoc dicens: Veni ut tibi melior a deo sanitas conferatur. Et videbatur sic rogare: Per meam vitam ut propter me relaxes illos quos habes in carcere. (90) Evigilans tribunus refert quod viderat coniugi dicens: Vere credo, quod hac hora exiit sancta de saeculo. Dirigit ad civitatem, ut per hoc vera cognosceret, transmittit ad carcerem qui septem reos ibi retentos admonitus relaxaret. Redeunte

9 Sulp. Sev. V. Mart. c. 7.

1 corollas PMG²LT, corollas G¹: coraulis *car. III, 6, 47* circa P¹ 2 sancta] cum *add. T*
 3 ioculari] seculari? M¹ unum T 4 coniuncta G, coniunctae T 5 duo et tria P²T
 de meis canticis audivi quae P², cantica audivi que retinui T 6 testor T nihil] fateor *add. P²*
 de saeculare cantico T 7 ut] quod T saeculo] M², secundo M¹ mente] quod *add. PE*
 11 signo tacto] MLT, signi tactu PG, signo tactu E illud] *om. T* 12 frigidam (T) quo]
 MLE 13 deferretur M in] ad T 14 portato M excepiens T¹ reclusa] et
 clausa T iubet longe eas discedere T discere P 15 celari (GT) interea dum T
 16 praepararentur P, praeparantur (GL), pararentur T mortuum LE 18 surgit illa M, illa re-
 surgit T 19 tacto iterum signo] LE, tactu iterum signo P¹M, tactu iterum signi P²G(T) 22 mi-
 grauit] *cf. Greg. gl. conf. c. 104* 23 ipse P¹MG¹ uico LE 24 percurrit T 25 ad]
add. P² eum] *om. M* illic] *om. L, ibi E* 26 construerent L, conderetur E locum P¹
 28 o quale T mysterium] in quantum sancta designavit, postea tantum *add. LE* quod PM
 29 trahens T 30 et videbatur] et *om. T* 31 rogari PG¹E propter me] *om. T* relaxas
 P¹ 32 hora hac PM 33 ut] u G 34 quo T ibi] *om. M*

transmisso refert ea hora migrasse iustam de saeculo, et triplici mysterio, carcere relaxato, tribuno sano reddito, aedificato templo, sanctae probavit oraculum.

(91) Sed de beatae virtutibus sufficiat exiguitas, ne fastidiatur ubertas, nec reputetur brevissimum, ubi de paucis agnoscitur in miraculis amplitudo, qua pietate, paritate, dilectione, dulcedine, humilitate, honestate, fide, fervore sic vixerit, ut adhuc ipsam post obitum gloriosi transitus mirabilia prosequantur. XXXIX

VITA SANCTI MARCELLI.

(1) DOMINO SANCTO ET MERITIS OBTINENTIBVS APOSTOLICO VIRO IN CHRISTI CARITATE FVN DATO, MEO LVMINI PRAE PONO, DOMINO ET DVLCI PATRI GERMANO PAPAЕ FORTVNATVS. (2) Facundissima inlustrium oratorum ingenia sermonum flore variante distincta et eloquii vernantibus pampinis obumbrata solent sibi viles causas sterilemque materiam quaerere, ut magna dicendo de minimis videantur ostendere sui fluminis ubertatem, quia habentes intra se fontes eloquentiae de ipso sicco themate didicerunt undas haurire. Vnde quidquid illis iniungitur carmine inriguo copiosius explicatur. (3) Verum econtra quicumque angustae intellegentiae ariditate torrentur nec habent affluentiam inundantis eloquii, per quam vel alios reficere vel suae siccitatis possint inopiam temperare, tales non solum aliqua non per se dicere appetunt, verum etiam si quid eis iniunctum fuerit perhorrescunt, quoniam quantum doctis proloqui tantum indoctis utile fit tacere. Nam illi de parvis magna disserere, isti de magnis nesciunt vel parva proferre, et ideo quod ab aliis quaeritur ab aliis formidatur. (4) Sic belligerator expertus in armis damni esse reputat, si non possit iugiter invenire quod vincat. Sed sicut fortis requirit unde ducat spolia, sic debilis metuit, ne ducatur in praedam: et quod acer invenire desiderat iners vel audire formidat. (5) Cuius exempli gratia cum ipse sterilis scientiae convenienter accuser nec sit in me aliquid quod venusti sermonis ornamenta commendent, quid tibi visum fuerit, pater beatissime atque amantissime, cunctanter admiror, ut de sanctissimi viri Marcelli antestitis vita nullo fine claudenda et de illa caelesti lampade meae aliquid dignum committeres scintillae, cum ego pauper ingenio et ille dives sit merito, ego sim humilis in sermone et ille sit egregius in mercede, praesertim cum vobis multo-

1 misso T iustam migrasse T relaxato tribuno sano] uacuato tribuno sanitati T 4 in] om. LE quae LE 5 sic] om. T adhuc] LE, et ad PM, et (GT) 6 prosequantur] EXP. LIB. I add. P, EXPLICIT VITA BEATAE RADEGVNDIS add. L, adiuuante dno qui uiuit et regnat in saecula saeculorum amen add. E, humanae eloquentiae modus ammirando attonitus uiribus explicare minime ualet. EXPLICIT VITA SANCTAE RADEGVNDIS EDITA A FORTVNATO EPISCOPO add. T, humanae eloquentiae modus ammirando attonitus pre uiribus explicare minime ualet. sit tamen illi qui dedit gloria laus et imperium in saecula saeculorum. amen. EXPLICIT LIBER PRIMVS VITAE SANCTE RADEGVNDIS REGINAE (EXPLICIT VITA SANCTAE RADEGVNDIS VIRGINIS Y) add. XY sequitur Vita S. Radegundis a Baudouinia composita PMGTXY
7 prologus . . . fortunat | uita sci marcelli p | siorum epi atramento in mg. scr. M, in facundissima incipit P, prologum om. F 9 patri] om. M 10 oratorum] P, uirorum M 11 eloquiis M 13 se] om. M 14 unde **** (e. qdquic in litura P2) | quid illis P copiosu^s M 16 aliquos (M) uel suae] suae M possim M 17 aliqua non] aliqua P 19 sit Surius, cf. supra p. 31, l. 3 20 pauca Surius 21 expertis P¹, corr. P², om. Surius deputat Surius iugiter] integer Surius 26 constanter Surius

rum prudentium famosae abundantiae sufficiat eloquentia Gallicana et quadratis iuncturis verba trutinata procedant. (6) Qui si velint sermone possunt depingere quidquid animus figuravit, apud quos ipsum loqui dictare fit et quae vix corde concipitur mox in pagina res formatur. (7) Cur itaque ut dictum est inter Gallicanos cothurnos Itala Patavinitas plano pede ire praesumat, ad quorum comparationem velut inter 5 rosas et lilia nostrae linguae vilis saliuca respirat? 8. Accedit etiam ad difficultatem ingenii impediti res altera, quod de actibus beatissimi Marcelli plurima sunt invisenda, temporum vetustate subrepta, nec facile memoria recolit quod annositas numerosa fraudavit, quoniam quidquid in libris non figitur vento oblivionis aufertur. (9) Pauca quidem de eius gestis felicibus sunt ad nostra tempora relatione vivente 10 perducta, ne in totum quod sui amatores in posterum quaererent deperiret, quia etsi sancta membra iam dudum sepulchro sunt condita, non tamen miracula sunt sepulta, quae tanto clariora sunt quanto plus memoria vivere meruere non scripta, quoniam licet non tenerentur in pagina, fixa sunt in cordis membrana.

III (10) Vnde inter haec difficilia dubito quo convertar, utrum vel digitos ad scri- 15 bendum praeparem, cum dictare lingua formidet. Sed differre non licet quod pater iniungit, cum se magis ipse gravi pugno feriat qui tibi repugnat, praesertim qui ut oboedire me doceas et quod sustinere non valeo libenter inponis, maior enim devotio in re difficili comprobatur. (11) Denique ibi plenus affectus est, ubi etsi virtus non tolerat, tamen animus non recusat, et ego magis hoc venerer quod caritas non 20 leviter exigit sed audacter extorquet. Denique ex hac parte mihi ipsi conveniat proficere, quia qui magna vituperat ducere ad maiora festinat. (12) Quibus suggestis vellem hoc opus aliorum lingua nitescere potius quam nostra sordere. Sed quod primi differunt vel ultimi prosequantur: quae cum displicere videatur eloquio, placere incipiat vel ex voto. 25

IV (13) Beatissimus igitur Marcellus antestis natus Parisii sed civis paradisi, in terris humilis, erectus in caelis, mediocris parentibus sed meritis celsus, cui hoc fuit nobilitatis lumen insigne Christo sine culpa servire, non de generis intumescens superbia sed habens de moribus ornamenta nec sumens de parentali laude iactantiam sed gratiam possidens in virtutis exemplis, intra se suos thesauros retinens, deum mundo 30 corde complectens. (14) Sed cum Christo pauper iste regnavit, qui in humilitatis conversatione, in caritatis ubertate, in castitatis lumine, in ieiuniorum pinguedine ita se totum caelesti tradidit disciplinae, ut ab ipsa infantia maturus ascenderet et positus in corpore quasi nihil de carne portaret. (15) Hic itaque beatissima institutione succinctus et venerandis operibus pene prius sacerdos quam clericus, iam dudum dignus 35 qui susciperet dignitatem, antea praeparatus ad id quod erat sine mora futurus, cal-

1 eloquentia] gallico *add. Surius* quadratis] *cf. Quint. inst. II, 5, 9*: leuis et quadrata sed uirilis tamen compositio 2 trunata *P*¹ 3 sit *Surius* 4 gallicanos cothurnos] *Hieron. ep. LVIII, 10*: sanctus hilarius gallicano cothurno attollitur 5 itala patauinis *corr. itala pataualis codex Valesii, italappata uilitas P, ita lippata uilitas Surius, itali paduinitas con. Ebert, Geschichte d. lat. Lit. I, p. 515, cf. Quint. inst. I, 5, 56. VIII, 1, 3* 6 accidit *P* 9 auferetur *P*¹ 11 periret *Surius* 17 se] secum *Surius* graui pugno feriat] pugnet *Surius* 18 et] id *superscr. P*² imponas *P*² 22 magna] minora *Surius* 23 uelim *P*¹, uolueram *Surius* 24 incipiat uel] uidetur *Surius* 25 uoto] in nomine dñi nri ihu xristi incipiunt capitu | de miraculis beati marcelli epi ciuitatis parisiolorum. (i cap. de aqua porrigendo *delevit P*¹). i cap. de aqua in manu eius unum facta ii cap. de aqua porrigendo epi suo in balsami odorem conumsa (*scr. conuersa*) iii cap. de eo quod dum esset ipse subdiaconus epi suum mutum loqui fecit uirtute diuina. iiii cap. de quodam homine at (*corr. ad*) altare ueniente. et ex peccato ligatis manibus absoluto. v cap. de serpente inmanissimo ab eo cum orario suo ligato et per tria milia tracto quasi captiuo. incipit actus uel uita scissimi uiri marcelli parisiolorum antistes (*corr. antistitis*) *add. P, kl nouemb. natl. sci marcelli parisiace ciuitatis epi. xviii. titulum praemisit F* 26 paridisi *P*¹ 30 uirtutum exempla *F* 33 accenderet? *P*

cata mundi pompa vel crimina, cum divinis armis initiatus accingeretur ad spem felicem palmam de hoste publico relaturus. in militia Christi exercitando lector effectus est ac se ipsum templo Christi pro primitiis offerens velut Abelis sacrificium hostia victae carnis et purae mentis exceptus est.

5 (16) Qui clarior mercede quam nomine et merito maior quam gradu sine offendi- V
culo suum gerens officium, coepit in milite crescere quod accepit a rege. Cuius
occultae diutius velut vitis palmites coeperunt fructificare virtutes nec pertulit in eo
sua dona Christus abscondi, quoniam quod de sursum venerat ab eo humiliter vide-
batur amplecti. (17) Denique cum adhuc clericali tyrocinio celaretur, miraculis pro-
10 ditur et signis caelestibus illustratur. Contigit quadam vice accessit ad officinam
fabricalem, qui dispectus ab artifice cogitur, ut, extracta de ardente camino ferri
massa candente, manu sua ferrum accensum attolleret et quanti esset ponderis enarraret.
(18) Tunc vir beatissimus non ignarus totum de Christo praesumere et quanta virtutis
causa sit in rebus non turpibus oboedire, mox subposita manu ferrum altius elevavit
15 dicens: De calore calet sed novem pondera habet. Quod postea tantum ad stateram
inventum est quantum eius vox librata praedixerat. (19) Sic in una specie duplex
miraculum propagavit, ut eum nec foci calor exureret nec ferri pondera fefellissent,
nam defecatis vitiis in se libidinis vaporem non habuit qui tam libere dum portavit
incendia se non ussit. Nam ut elementi ignem vinceret, ante flammam carnis extinxit,
20 et ut in ipsa pensa non falleret, probavit ferrum pondere seu virtute.

(20) In religionis ordine subdiaconus est effectus. Itaque cum subdiaconali mini- VI
sterio fungeretur, in die epiphaniarum hauriens aquam de fluvio Sequanae, dum beato
Prudentio episcopo manibus abluendis offerret, mutatis elementis vini sapor inventus
est. (21) Quo viso obstupescens pontifex iussit ex ipso urceo in calicem sacrum de-
25 fundi, unde universus populus missa celebrata ad communionem accepit, et ipsum vas
cum ad plebis multitudinem suffecisset, ac si non tactum et integrum sic plenum per-
mansit. Cuius vini mystico beneficio postea multi sanati sunt. (22) Ecce virum
sanctissimum, qui undam sumens a flumine vina fudit in calicem! Sed unde tam
nova miracula, ut dum portaret aquam, quodam modo quasi uvae exprimeret, nasce-
30 retur illi palmas in palma? Vere beatum Marcellum summa veneratione colendum,
in cuius manibus uno eodemque momento floruit vindemia et torculata sunt vina.
(23) Videmus non uno in loco beneficia divina concludi, dum quod praecessit in Ga-
lilaea successit in Gallia. Ibi ad nuptialem mensam Christus aquas vertit in vina,
hic quae ad mensam Christi sufficerent nova vina sumpsit altare. Illud praecessit
35 tempore hoc honore, nam quod tunc dederunt sex hydriae hic unum et modicum
vas explevit, sed tunc effecit ut se dominus proderet, nunc ut famulum non celaret.

1 criminibus (P) initiandus accederet auspiciis felicibus palmam F 2 relatus F exer-
citantus F 3 ipsum] in add. F pro primitiis] PF, primitus *Surius* abelis] cf. *Gen. IV, 4*
sacrificii: F¹ hostia F 4 pusementis P¹, pii sementis P² 7 occultata F uitis] in add.
F fructificari F 8 ab eo] P²F, habeo P¹, adeo *Surius* 9 miraculis proditur et] om. F
10 officinam fabricalem] P, officii**** alē F 11 extractam — 12 massam candentem F et *Surius*, cadens
P¹, candens P² 12 et qua quanti P¹ 13 quante P 15 calere F pondos F
statera F 17 foci] ignis F 18 iam P defecatis] *Surius*, cf. *supra p. 38, l. 8*, defectis PF
liberi F libere ignis incendia sine ustione euasit *Surius* 19 se] P, sed F 20 seu (se P, seⁿ
F) uirtute] om. *Surius* 21 diaconali P 22 sequane P 23 prudenti F 24 sacrum
defundi] P, fundi F, sacrum fundi *Surius* 25 accessit F 26 ad plebis multitudinem suffecisset]
plebi sufficeret F non tactum] intactum F sic] om. F 27 mystici F multi] infirmi
add. *Surius* 28 undam] aquam F a] de F effudit *Surius* 29 ut dum] PF, unde
Surius quasi] qui F 31 torculata] cf. *Fortun. carm. V, 6, 2* 32 includi F praecessit] do-
minus add. *Surius* galilea PF, ille add. *Surius* 34 qui F 35 ex hydria F: cf. *Ioann. 2, 6*
36 nunc] om. *Surius*

VII (24) Veniamus ad illud miraculum secundum ordine non honore. Itaque cum vir sanctissimus quadam vice ex sui officii servitute aquam manibus venerabili episcopo porrexisset, mox inde balsama coeperunt flagrare, et dum unda curreret, visa sunt crismata respirare, ut pene pontifex crederet se manus magis unguere quam lavare et alteras aquas quaereret, ut priores undas ablueret. (25) Quo viso sacerdos venerabiliter obstupescens deo gratias de conperto munere retulit et beato Marcello reverentiam de religione servavit, dum eum non talem qui serviret sed potius cui servireretur agnovit. (26) Vnde quis tantum subdiaconem admiretur condigne, in cuius dextera ex aqua fiebant vina vel balsama et undarum pallor aut in rubore conversus est aut odore? Iam tunc illis praefigurabatur indicium futurus pontifex qui dignus esset crisma tractare, et cum adhuc subdiaconus hausisset crisma de flumine, merito dignus erat, ut factus sacerdos hoc sacrificaret in fonte.

VIII (27) Illud quoque mysterium reticere non debet, quod proficit auditori, quia de paucis quae memoria recoluntur quidquid dictum non fuerit aut invideri creditur aut contemni. (28) Igitur quidam clericus Nonnicus nomine annorum circiter decem propter suavissimae vocis tinnibulum et dulcedinis organum de fauce prolatum, qua contingebat animos populi delectari, cum repercussa in auribus solita esset aura blandire, iussus est ab archidiacone mellita teneritudine decantare. (29) Quo facto praecepit ipsum puerum episcopus flagellari ob hoc, quia alterum inusserat ipse cantare. Itaque dum clericus caeditur, episcopus lingua damnatur. Mox enim ut clamor vapulantis in aure sonuit, vox ab ore discessit et novo praedone sonum captivavit pontificis vox infantis. (30) Sed si causa facti requiritur, cur contigerit, invenitur. Denique qui puerum cantare prohibuit, pertulit vocis dispendia, quia vocibus invadebat. Cui ergo non nocet invidia, si episcopo non pepercit vindicta? (31) Vnde quisquis quod in alterum videre non cupit non habebit, immo hoc sibi denegat quod alios habere non optat. Omnis enim qui alteri lapsum parat iam cecidit, et antequam inducat in laqueum, tenetur ipse captivante peccato ligatus, cum magis si proficere volumus aliorum profectus nostros esse credamus. (32) Itaque idem sacerdos per triduum etsi deambulabat per compita, tamen iacebat lingua sepulta. Non enim sonus poterat repercussa palati camera resultare nec intra sepe dentium vox lingua rotante disponi, sed totum quod perdidit ore muto prodebat. (33) Tunc beatus Marcellus his verbis appellat pontificem: Licet intellegam, pastor bone, tibi talem casum de culpa venisse, tamen quidquid vis in nomine domini sermone prorumpere. His dictis adhuc beati Marcelli sermoolvebatur in ore et iam quod imperaverat oboediebat. (34) Deinde antequam iste explicaret, ille respondit dicens: Vos mihi hoc fecistis quorum iussio fuit, ut alter cantaret quam ego praeceperam. Et dum ista loquitur, amissae vocis gratia reformatur. (35) O meritum subdiaconi, qui vocem restituit sacerdoti et versa vice quod accipere debuit hoc indulsit, qui debiles fauces armavit elo-

1 ordine] in ordine F cum post sanctissimus superser. F¹ 2 ex sui] exui P 3 ex-
inde F 8 subdiaconum (P) 9 ruborem — 10 odorem (P) 10 futurum pontificem F
11 et] sed *Surius* hausit F 12 dignus] om. F ut] et F sacrificaret, ras. t F
13 auditoribus qm̄ quae memoria F 15 nonnicus] F, nonnitius P, mintucius *Surius* 16 tinni-
bulum] P, tinnibilum F, tintinnabulum *Surius* 17 contigit F esset aura] P, sit aura F, et au-
ribus *Surius* blandire] F 18 archidiacono (P) teneritate melliflua *Surius* 20 creditur
P¹, corr. episcopi F 21 arem P resonuit F uox] eius add. *Surius* 23 dispen-
dium F 24 quisquis quod] F, quis quod P, quisquis cod. *Surii* 25 alterum] F habit P
denegat] PF, om. cod. *Surii*, perdit suppl. *Surius* 27 ligatus] om. F tum *Surius* 28 eidem
Surius, om. F 29 deam | labat F campeta F iacebat] in add. F non poterat sonus F
30 palati camera] cf. *Fortun. V. M. IV, 40 et supra p. 10, l. 17* sepe P, septa F 32 tale P
33 venire *Surius*, sed add. F 36 quam] quem add. F ita F 37 amissa vocis gratia^a reparatur F,
gratia? P

quio et in ore alterius fudit verba per verbum! Quid diutius protraham? Semper tacuisset episcopus, si numquam requisisset Marcellus. Vere dignus beati Marcelli sermo, ut gregem domini regeret qui dedit pastori salutem.

(36) Operae pretium credimus etiam in paginis haec texere quae multis sunt in- IX
 5 fixa sub corde, quia etsi de re terribili in relatione metus est, in aedificatione fit fructus. (37) Porro autem cum beatus Marcellus, quod semper possedit moribus, esset pontifex ordinatus, quam dignitatem sibi reputabat magis oneris quam honoris, tunc quidam de populo, dum vellet ad communionem accedere, manibus retro ligatis non poterat ad altare pertingere, sed cum omnes transirent, quasi meta coepit
 10 stare, ut videretur non ad communicandum sed ad numerandum populum advenisse. (38) Quem conspiciens pontifex interrogavit quid fecerit: respondit peccasse se. Cuius confessionem agnoscens dicit ei: Veni, accede et ultra non pecces. Qua iussione absolutus ad communionem accessit duplici beneficio muneratus, de praeterita culpa veniam consecutus, de futura vita correctus. (39) Quanta huic erat in sanctae trini-
 15 tatis aequalitate fiducia, cuius mens sic libera per singula verba proferebat miracula? Sed licet satis fuerit religati catenas sermone dissolvere, tamen plus est laudabile quod in Christi amore visus est peccata donasse.

(40) Exsequamur et illud triumphale mysterium, quod cum sit ultimum ordine, X
 anteponitur in virtute. (41) Matrona quaedam prosapia nobilis opinione vilis, malo
 20 maculans crimine quod fulgebat ex genere, postquam dies fugitivae vitae rapta luce conclusit, ad tumulum pompa comitante sed non profutura processit. Quo condita, horresco referens hoc contigisse post funera, quia duplex nascitur lamentatio de defuncta. (42) Ergo ad consumendum eius cadaver coepit serpens inmanissimus frequenter et ut dicam clarius mulieri cuius membra bestia devorabat ipse draco factus
 25 est sepultura. Sic infelices exsequias serpentinus baiulus impendebat, ut post mortem quiescere cadaveri non liceret, et cui vitae finis uno loco iacere concesserat, semper mutabatur in poena. (43) O casum execrabilem et valde timendum! Mulier quae coniugii integritatem non servavit in mundo integra iacere non meruit in sepulchro, nam serpens qui viventem in crimine traxerat adhuc in cadavere desaevebat. (44) Tunc
 30 ex eius familia qui in vicinitate manebant audientes strepitum et pariter concurrentes, viderunt ingentem beluam de tumulo sinuosis anfractibus exeuntem et vasta mole cauda flagellante labentem. Quo viso perterriti homines de suis sedibus migraverunt. (45) Hoc cognito beatus Marcellus intellegens se de cruento hoste triumphum acquirere, collecta plebe de civitate progreditur et relictis civibus in prospectu populi solus Christo
 35 duce ad locum pugnaturus accessit, et cum coluber de silva rediret ad tumulum, obviantes se in vicem, dante orationem beato Marcello, ille capite supplici coepit veniam blandiente cauda precari. (46) Tunc beatus Marcellus caput eius baculo ter percutiens, misso in cervice serpentis orario, triumphum suum ante civium oculos extrahebat. Sic in spiritali theatro spectante populo solus cum dracone pugnavit. Hinc
 40 confortatus populus cucurrit ad episcopum cupiens hostem suum videre captivum.

3 dedit] et *add. F* 4 pagina *F* multis] *s. eras. P* 6 autem] *om. F* 7 putabat *F*
 quam honoris] *om. Surius* 8 velit *P* retro ligatis] *P²F*, retrolitus *P¹* 9 cum] quem *F*
 pertransirent *F*, transiret *Surius* 10 sed ad] sed *P* 11 interrogavit] eum *add. P* 12 dixit
Surius 14 correptus *P¹*, *corr. P²* 16 sed] *om. F* religata *F* sermone] *P²F*, mone *P¹*
 plus] *om. P¹* 17 more *P²* donare *Surius* 18 ultimum] in *add. F* 19 prosapia] quidem
add. Surius male *F* 21 ad tumulum] *om. F* processit] pro *F* 24 mulier *F* 27 exe-
 crabile *P²*, execrabile *F* coniugii] præter coniugiū *F* 28 integra ***, *ras. non P* non]
superscr. F¹ 29 ad crimen *F* 30 ciuitate *Surius* 31 tumulo sinuosis] *scripsi*, tumulo sinosis
P, tumulo in uasis *F*, tumulosis *Surius* fractibus *F* 32 cauda] cadauer *Surius* flagellantē
 labente *F* uiso] nimis *Surius* 33 se] *om. F* cruento] *om. Surius* 36 se] sibi *F*
 37 ter baculo *F* 38 ceruicem (*P*) 39 expectante *F* populo] *om. Surius* 40 currit *F*

(17) Tunc praecedente pontifice bestiam fere tribus milibus omnes prosecuti sunt red-
dentes gratias domino et solventes exsequias inimico. Deinde increpans eum beatus
Marcellus dixit: Ab hac die aut deserta tene aut in mare demerge. Mox dimissa
bestia, nulla eius ulterius indicia sunt inventa. (48) Ecce propugnaculum patriae in
uno consistere sacerdote, qui fragili baculo fortius hostem edomuit quam si balistae 5
transissent, nam sagittatus repercutere poterat, nisi vinceret res divina! O virum
sanctissimum, in cuius levi baculo virtutis est pondus ostensum, cuius molles digiti
fuerunt catena serpentis! Sic inimicum publicum vicerunt arma privata et plaudit in
unius praeda generalis victoria. (49) Si sanctorum virorum ex factis merita con-
ferantur, miretur Marcellum Gallia dum Roma Silvestrum, nisi hoc distat in opere, 10
quod draconem sigillavit ille iste iactavit. Sed quis eius miracula valeat per singula
sermone comprehendere vel voce proferre, quanta ille fecerit et celaverit, cum ea
scripta sunt, quae de ipso teste populo claruerunt? (50) His namque operibus sanc-
tissimus Marcellus semper intentus, conversatione clarus, consummatione praecipuus,
beatitudine gloriosus, remuneratione ditatus, cum perpetuo domino regnaturus, vincens 15
mundi contagium, mundus migravit ad Christum die Kalendarum Novembrium, regnante
domino nostro Iesu Christo, cui est honor et gloria in saecula saeculorum. Amen.

3 in] *om. P* demergere *F*, te demerge *Surius* 4 bellua *Surius* 6 sectatus *F*
8 catenę serpenti *F* et] *om. Surius* 10 gallia marcellum ut roma *F* syluestrum (*P*):
V. S. Silvestri auct. Simeone Metaphraste c. 8 (Surius tom. VI, p. 1054) nisi] nam si *P* 11 sed]
si *P* 12 et] ea *F* 13 sint *F* 14 clarus consummatione] *om. F* 15 dotatus *F*¹, *corr.*
16 contagia *F* 17 honor] *om. P* gloria] cum patre e spū sco *add. F*, et uirtus et potestas *add.*
Surius in] per cuncta *Surius*

OPVSCVLA VENANTIO FORTVNATO MALE ATTRIBVTA.

VITA SANCTI AMANTII.

(1) Praeclaro succumbit oneri pauper ingenium tamque immensae rei sermo sterilis et ab omni scientiae fecunditate ieiunus non sufficit. (2) Quamlibet ergo in-
5 firmus humeris impositum onus obedientiae amore nunc suscipiam, ignosce, quaeso, lector, cum dissonam manibus paginam sumpseris, cum aures tuas murmur indoctum garrulo stridore percusserit, quia non minus culpa est non paruisse cum possis quam praesumpsisse quod nescias.

(3) Igitur beatissimus Amantius Ruthenae urbis quondam fuit civis ortu, vita pa- I
10 stor, nunc felici patronus excessu est: qui in primaeva aetatis flore abruptis saeculi laqueis militiam Christi perseverantiae definitione suscepit et vitia quibus pulsatur humana fragilitas patientiae virtute calcavit, inanes curas longe repulit, motus audaciae constantiae frenis tenuit et cogitationum inter se colluctantium rebelles tumultus mentis imperio subiugavit. (4) Qui beato fervens proposito et felici meritorum
15 splendore conspicuus sacerdotii culmen et sublimis cathedrae sedem promeruit gessitque mentem fastigio sui honoris parem, nihil in eo fuit dubium, nihil duplex, nihil varium. (5) Fuit namque in eo perfecta humilitas, prompta misericordia, indefessa liberalitas, sancta simplicitas. Fuit in vigiliis laudabilis, in ieiuniis fortis, in remissione mansuetus, in colloquiis sedulus, in conflictatione lenis, in iniuriis mitis, in
20 tribulationibus patiens, in prosperis moderatus, constans in tristibus, in blandis severus, mitis in asperis nec pudore libertas caruit nec incunditas gravitate. (6) Nunc brevi stilo pauca virtutum eius perstringam insignia, praestante domino oratione beati antistitis dicendi vires, qui divitias bonitatis suae sine ullo defectu scit effundere et nescit cum effuderit vacuari.

25 (7) Igitur cum in praedictae urbis foro consedisset praeses altiore ceteris sede II
sublimior et quendam facinoris nefarii reum ultimo crucis supplicio et extrema paena patibuli dampnasset, properat beatus antistes ad forum, petit a praeside vitam iam metu praemortui, sed non impetrat, iterat preces, sed mens superbi dira fastu non frangitur, sed acriore fervescit ira. (8) Itaque antistes cellulam repetit, terrae pro-

2 VITA S^CI AMANTII. EPI. CXX B, prologus deest BS 5 amore] M, om. L 8 nescias] INCIPIT
VITA CVM MIRACVLIS add. L 9 igitur] om. B urbis — ortu] fuit urbis alumnus L 10 felici
— est] ipsius felici est patronus excessu L 11 diffinitione perseuerantiae B 12 inanes — 14 sub-
iugavit] om. B 15 meruit B 16 que] om. L honoris sui L nihil in eo — 21 grauitate]
om. B 22 praestante domino] dabit dominus L vires dicendi oratione beata qui B 24 ua-
cuare B, variari L 26 quendam facinoris nefarii] nefarii facinoris L 28 sed non] non B sed
mens superbi dira fastu non frangitur, sed acriore feruescit ira] L, orationem apud surdum principem (prae-
sidem S) perdit BS 29 antistes] om. B

sternitur, fundit preces, suspiria ingeminat, tundit crebro verbere sanctum pectus, petit a domino quod a praeside obtinere nequiverat. (9) Digna ilico praeses immitis paena percellitur, nam cathedrae cui altior insederat miris repente modis affigitur, deserit ossa vitalis calor et soluta nervis rigentibus membra officium quo animae famulabantur amittunt. (10) Ad cellulam beatissimi viri concurritur, ab oratione consurgit, ad forum progreditur. Sensit adventum viri praeses magna iam sui parte praemortuus. Amissi itaque redduntur sensus et famulantia usibus suis ad vigorem pristinum redeunt membra. (11) Redditur ergo salus praesidi, vita dampnato, et quicquid vel admittendo ille vel hic non dimittendo contraxerat pia domini miseratione conceditur. Denique condonata est reo vita cum crimine, praeses meruit veniam cum salute. 10

III (12) Non longo post tempore sequitur longe clarior virtus et tanto par merito. Erat nanque haud longe ab urbe in altiori baside eminens simulachrum, quo in loco mira gentilium multitudo confluerat. (13) Itaque cum daemoniis pecudum carnes suis moribus litant dumque referti epulis vino pleni cantu perstrepunt, beatissimus sacerdos advenit, vidensque exultare infelicem plebem omni luctu graviore laetitia, 15 trahens ab imo pectore longa suspiria, eos a sacrilegii impio scelere pio hortamine revocare pertemptat. (14) Sed semper invisae ignaviae remedia sunt salutis, quae perire arbitrio suo quam alieno servari consilio mavult et modum utilium ad modum voluptatis examinat, blanda et noxia pro rectis ac necessariis habet. (15) Totis ergo furoris stimulis in iniuriam sancti viri seditiosum vulgus exarsit, cum pia ille ad- 20 versus saevientes arma corripens repetit cellulam, terrae prosternitur, fundit uberes pro hostibus fletus, ingeminat pro inimicis alta suspiria, petit ut sine nece sua vel certe propria saevientium furor decideret. (16) Nam ille quo coronaretur optabat, pro hac ne punirentur impii pia apud misericordem regem vota fundebat. Non enim minor animi virtus est pro inimico exorasse dominum quam procubuisse pro domino, 25 pro persecutore fudisse preces quam effudisse animam innocentem. (17) Post longa itaque suspiria sanctum elevans caput, si nubes aliqua ab oriente consurgeret, qui prope astabat puerum interrogabat. Nullam ille se videre respondit. Rursus beatus pontifex terrae prostratus ingemuit, erectoque iterum a terra capite, eadem quae prius famulum sciscitatur, videre se ut prius famulus negat. Cunque tertio sancta terrae 30 membra prosterneret, puer cui iniunctum id operis fuerat nubem ab oriente pertennem exiguamque videri scilicet credidit quod futurum praeviderat. (18) Ab humo homo dei consurgit et caelum de quo nunquam mente defuerat intuetur. Tegitur repente

1 ingeminat] *B*, cf. v. 22, geminat *M*, gemina emittit *L* 2 praesidem imitem poena percellit *L*
 3 cathedrae] in cathedra *L* affligitur *L* 4 calor ossa vitalis *B* 5 oratione] pater *add. L*
 7 et] *om. B* ad] in *L* 8 vita] reo *add. B* ille admittendo *L* 9 pia] *om. L* 10 do-
 nata *B* crimine] et *add. L* 11 longe] *om. L* 13 multitudo gentilium confluebat *L* dae-
 moniis] mortibus *add. B*, daemonibus *S* carnes suis moribus] uel suis potius mortibus *B* 14 epu-
 lis] et *add. L* 15 laetitia omni luctu grauiori *B* 16 trahens — suspiria] *Ov. met. II, 753. X, 403*
 ab] *om. B* longa] *om. L* eos a sacrilegii impio scelere] a sacrilegii scelere eam *L* reuocare
 pio hortamine *B* 17 sunt remedia ignaviae *B* salutis] *om. B* 18 alienum seruare consilium
L et modum utilium ad modum] *ML*, immo dum utilitates animo *B*, in modum utilium incommodum *S*
 19 examinat blanda] nititur retorquere blandaque *L* 20 in — seditiosum] *om. L* cum pia] sed *L*
 21 arripiens *L* 22 fletus] preces *L*, cf. *Ov. met. XI, 672* ut — 23 decideret (desisteret *S*) *BS*,
 illis uitam qui in necem suam certe saeuiebant *L* 23 quod *L* pro hac] *B*, pro his *S*, ideo *L*
 24 pia apud misericordem regem] *S*, apud misericordem regem pia *B*, pia apud misericordiam domini *L*
 non — 26 innocentem] *om. B* 27 sanctum] *sēs B¹* si] uidit quasi *B* puerumque qui prope
 astiterat interrogat *B* 28 nullam ille] *SL*, si et ipse quam intuebatur uideret, ille nullam *B* 29 in-
 gemuit] *LS*, suspirauit *B* iterum] *L*, item *S*, *om. B* 30 famulum] a famulo *L* se — 32 prae-
 uiderat] scilicet se credebatur quod futurum praeviderat *L* 32 uidens *B* scilicet] *S*, *om. B* fu-
 turum] sanctus antistes *add. B* homo — 33 quo] ergo dei homo consurgens et caelum cui *L* 33 ab-
 erat *B*, defuit *L*

nubibus dies mox diabolo exitium ferens, terribili nanque sonitu fulmen increpuit pariterque infelix simulachrum ferit, dividit dispergitque. (19) Fertur per aera lapideum sacrilegorum numen: quod ita diversam in partem ultricis procellae turbo deiecit, ut partem nunc eius Lanterna teneat rivus, partem Avarionis habeat ripa fluminis in testimonium virtutis perpetuo servatura. Partem ab urbe procul patens retinet campus rem tanti miraculi visibus ingerens, ammirationem praebens, memoriam repraesentans. (20) Itaque divina providentia verberat impios, ut animae morbum corporis afflictatione sanet, et de adversis remedia praeparans salutem infirmitate restituit, ideoque sacrilegam plebem percussit, ut perderet eam, et pia manu infixit vulnera, ne ipsam puniret. (21) Fuit ergo praesens paena non ultio sceleris sed medela peccati, quae perimeret peccatum, coeuceret peccatorem: extinxit crimen auctore servato obortaque simul est ex dolore salus, ex ira remissio multis. (22) Nam ut simulachrum fulmine ictum dissiluit, statim quibus inerat iuventutis robor quique de media nocte vergebant in senium auditu obstruis auribus caruere. Iunior vero minusque nocens aetas mansit incolumis, sed hi quibus altius serpentinum virus inoluera feruntur. Quos ergo ad fidem praedicatio sancta non moverat insignis miraculi virtus impellit. (23) Ad beatissimum etenim virum concurrunt, facinoris veniam expetunt et merentur, amissos repetunt sensus atque percipiunt, sentiunt sani fontis fluentia et hauriunt. Discessit ergo vulnus illatum, curatur inventum nec ultra emendationem verbera illis contulerunt. (24) Sic dominus noster fidelis oratione servi antiquam putredinem ulcerum curavit, vulnera sanavit, flagella lenivit, iram terrore compescuit. Ita divino munere bellator egregius praedam inimico abstulit, detulit caelo, detraxit hosti, auctori restituit: captivos enim reddidit libertati praedone captivo vitaeque mortuos mortis auctore prostrato restauravit. (25) Et ilico de penetrabilibus cordis sacrilegi peccati maculas Christi amore repulit, fides abstraxit, unda purgavit et nivalis simul candor terrenos homines spiritali fidei velamento induit, sicque pater egregius fidelisque servus evangelici praecepti memor commissa sibi a domino felici faenore multiplicata restituit.

(26) Aliquantulum vero post haec temporis fluxerat, cum praecepit duobus sanctae IV ecclesiae famulis, ut in flumine quod iuxta urbem praeterfluit paucos pro advenientibus pisces caperent. Haud mora praeceptis obediunt, pisces capiunt, lina legunt, ad urbem remeant, quos milites qui in praesidio erant civitatis redeuntes offendunt. (27) Ii hostili ritu septi potiuntur piscibus eosque male multatos flagris relinquunt exanimis. Ad sacerdotem famuli redeunt et quae iis simul ablata illataque fuerant testis luctus edocuit. (28) Beatus tamen pontifex de amissis non doluit ex contemptu, sed afflictis congemuisset ex affectu. Illinc constantiam rigor tenuit, hinc lacrimas pietas fudit. Felix cum vicisset contemptu, felicior cum victus affectu est. (29) Domum interea milites repetunt, nituntur praedam edomare flammis: subiecto etenim igne exundant latices, sed novo repente miraculo perdit vim flamma desiliens et aestuans in cassum furibunda

27 Matth. 25, 21.

1 dies] et *add. L* terribili — fulmen] terribilis tonitru fragor *L* 2 et dispergit *L* lapideum *B* 3 diversa in parte *B* 4 lanterna] nunc *add. L* rius partem] vero *add. L* habeat ripa avarionis *B* 5 partem] quoque *add. L* 6 usibus ingerens *S*, usibus humanis ingerens *L* ammirationi praebens memoriae *B* 7 itaque — 28 restituit] *om. B* 13 fulmine ictum] *M* 15 inoluera] *M*, incaluerat *L* 26 nivalis simul] *M*, validissimus *L* 29 vero] *om. B* cum] et *L* sanctae] *om. L* 32 praesidio civitatis aderant *B* ii] his *B* 33 septi potiuntur piscibus] septem (saeui *M*) de piscibus violenter abripiunt *B* 34 iis simul] sibi *B* 35 de] *om. L* sed] *om. B* 36 illic — hic *B* nigor *L* 38 igne] contemptum *add. B²* exultant *L* sed] *om. B* 39 furibunda in cassum aestuat *B*

VENANTIUS FORTVNATUS.

8

miroque repente modo indurantur magis flammis pisces lege mutata naturae et intractabiles durique sensus tanti novitate miraculi molliuntur. (30) Interea milites ad sacerdotem concurrunt, direpta referunt, genibus adhaerent, veniam facinoris petunt. Ignoscit mens pietate promptissima, donat eis crimen cum piscibus: mox quae direpta focis intemerata duraverant flammis reddita edomantur. (31) Hic beatus pontifex oratione sanctissima plebi ferendi necessitatem iniuriae, militibus consuetudinem abstulit infligendi pariterque ultricium vis extincta flammaram et emendatio militum ac populi fuit. Praeclaris gloriosisque signis stupenda succedunt.

V (32) Erat nanque in foro in altiori baside eminens simulachrum, quod vir beatissimus zelo divini amoris accensus deiecit atque confregit. In ultionem igitur numinis sui sacrilegae plebis multitudo consurgit ac limphatico furore succensa praesens bellatori Christi minitatur exitium. (33) Sed vir beatissimus mortem non timuit vitae amore. Neque enim fas erat fortissimum bellatorem praesentem timere mortem, qui iam aeternam praesentium rerum contemptu calcaverat. Itaque plebs misso rem nuntio viro cuidam defert, qui erat illo tempore natalium splendore, honore, tytulis, opibus, auctoritate ceteris longe praestantior. (34) Contrahit hic servulorum solatia, sede invectus curuli urbem protinus petit. Et iam emensus iter, dira fremens et extrema minitans, urbi aderat. (35) In medio tamen portae pridie beatus pontifex orationem ad dominum terrae prostratus fuderat. Quo in loco miro stupore haesere biuges et ut insensibilia riguere simulachra. Nil agunt stimuli, nil verbera saeva proficiunt. (36) Cum autem vir ille insignis miraculi novitate percussus ad beatissimum virum unum ex necessariis mittens rogat, ut pia eum oratione absolveret quem meritis quasi vinculis nexuisset, haud mora sacerdos advenit, carpento devolvitur, persecutor adhaeret sancti genibus, rigat pedes lacrimis, peccatum fatetur, petit auxilium. (37) Vix verba compleverat et animalia quae ut durae cautes rignerant caelitus recepta mobilitate praeceptis obediunt, dumque sanctis orationibus natura nunc mutatur, nunc redditur, mens fera prius et dominum ut de duris cautibus orta non sentiens subito fidei igne succenditur. Ilico maculas peccatorum unda diluit salutaris et incredulitatis nube detersa clarum pectori lumen infunditur. (38) Interea unus e famulis cursu praepeti fit dominae tristis nuntius, quae repentino luctu percussa monilia proicit, vestimenta dirumpit, scindit crines genasque dilacerat, irrigat fletibus vultum ac tunso pectore suspiria aegra perfundit et nunc contractum mixtumque pulveri dominum suum, nunc amissum quasi coniugem deflet. (39) Turbatur domus, iunguntur planctibus dominae lacrimae famularum, ad urbem mox properat et turbata collisaeque gerens ora femineo simul furore vel planctu aggreditur sacerdotem. Quae ut serenitatem verendi vultus inspexit, subito pavore contremuit. (40) Glorioso itaque statim fidei calore succensa genibus provolvitur sacerdotis et daemonia quae dementi prius superstitione coluerat laudabili execratione condemnat. Ipse vero ilico eam labe culparum emundans vitae

1 durantur B et] tunc B 2 tantae novitatis miraculis B 4 prompta L his B
 moxque qui direpti focis (foris L) intemerati (pace temerata L) B 5 duruerant L redditi B, red-
 duntur M, redeunt et domantur L 7 ac] quies M 8 signis] plus add. S 9 nanque] om. B
 in altiori] altiori B base B 10 diuini amoris zelo succensus B atque] et B 11 ac] om. L
 limphatico] bellatorum add. L succensa christi bellatori minatur SL 12 metuit B 14 iam]
 om. L calcauerat] meruerat SL misso rem nuntio] scripsi, misso in rem nuntio B, misso in ru-
 tenem nuntio S, misit nuncium L 15 defert] B, refert S, honorato nomine L illo] in B
 natalium splendore] om. B honorum L 16 hic] is B seruorum B urbem protinus sede
 inuectus curuli L 17 iter dire fremens dira L 18 beatissimus B 19 effuderat B
 biuges] BM, cf. Verg. Aen. X, 587, bigae hominis illius animalia L 20 simulachra] signa L nihil
 agunt B stimuli] famuli M 21 autem] om. B novitate miraculi B 22 rogavit L
 23 carpentum L 24 sanctis B auxilium] et add. L 25 compresserat M et] om. L
 26 dumque — p. 59, l. 27 sensit] om. B 37 dementi] M, decenti L

aeternae lavacris perfudit sicque beatissimus pontifex infelicem praedam de faucibus diaboli abstrahens fecit feliciter suam.

(41) Venerunt quoque quondam duo viri ad urbem infelicem vitam atroci gerentes in scelere. Tegunt itaque funesta demissis vultibus corda et extortis fletibus et imo pectore abstractis suspiriis vilium vetustate pannorum pauperes se esse mentiuntur. Tribuuntur eis necessaria victui et simulatae miseriae miseratione piissima subvenitur. (42) Deflent itaque vim sese frigoris ferre non posse, tandem intra septa recipiuntur ecclesiae. Vixque corda mortalium quies prima grata curarum oblivione laxaverat, cum illi admittunt latrocinium et sacra, pro nefas! pollutis manibus pallia adeunt, 10 vela deiciunt reseratisque ianuis gradu concito fugam crimine stimulante arripiunt, qui ita digno caecitatis supplicio feriuntur, ut nefarii oculi qui indices criminum fuerant duces esse fugae non possent. Huc itaque et illuc incertos implicant orbis et vacuo noctem labore consumunt. (43) Redditur terris dies, agnoscitur facinus, fit ad sacerdotem concursus. Demonstrat beatus antistes quos oratione tenuerat atque auctores 15 criminis prope pontem qui proximus urbi est caecitate esse percussos et vacuo lassos itinere considerare. (44) Ad pontem ergo itur, reperiuntur nefarii criminis rei, interrogatique quo irent quidve eis esset negotii, aiunt se longius velle pergere, sed cum esset hora fere diei tertia, a coepto se dicunt itinere opacae noctis tenebris impediri. Ad sacerdotem denique pertrahuntur. (45) Itaque cum vir beatissimus illatam sibi 20 iniuriam velut in sublimi positus ante despiceret, tamen licet divini memor esset praecepti, alienas noluit culpas sine propria virtute castigari, nam dempto pallio suo sacrilegos bis aut tertio in dorso percussit, quod ita in eorum membris insedit, ut omni ab ipsis atrocius verbere sibi esse putaretur. (46) Multos quoque regulam melioris vitae transgressos sancti tegminis levi tactu ad emendationis sanitatem reduxit, sed 25 semper secundum modum peccati impendebatur cura remedii et pro qualitate culpae vis inferebatur vindictae. Sic ergo sancti in oratione viri in latebris factum animae vulnus fortius morbi remedium sensit.

(47) Igitur criminosus quidam ortulum sancti viri exiguum quidem spatiis laetis VI tamen conspicit virentem holeribus, ampliabat si quidem loci angustias amoena iocunditas. Statim ergo atroci mente furti facinus concepit. (48) Itaque redditur terris 30 occasu diei noctis silentium vixque corda mortalium alta quies dulci sopore laxaverat, cum ille accommodum fraudi tempus amplectens prosilit audacia plenus ad scelera levique impulsu quae obstabant cedentibus adit ortulum, holera diripit, abire festinat, sed divinitus retinetur. (49) Nullus etenim remeandi exitus patet et ita reus tenui 35 sepe quasi muro vallatus, exigua nanque obstacula velut omni constructa munimine crescere fugienti videntur in molem. Noctis ergo totius iter spatium ortuli fuit. Interea roseae lucis splendor mundum irradiat facieque rebus reddita terris lux redit. (50) Igitur beatus senex in cellula ubi spretis somnis inertibus noctem dulci meditatione et sancto labore transegerat unum e fratribus vocat mittensque in ortulum mandat, ut 40 quem inibi errore lassatum suo et velut quibusdam artatum vinculis ita innexum crimine repperisset attraheret. Haud mora it, repperit et attrahit. (51) Adest ilico criminosus, furtum in medio proicit, pedes complectitur sacerdotis. Itaque vir pietate

3 atroci] *om. L* 8 laxauerat] *Verg. Aen. V, 857* 26 uis] *M, ius L* 28 spatio *B*
 29 quidem] spatio *add. L* 30 concepit *B* redditur terris] *cf. supra v. 13, reddito terris M*
 31 occasus *SL* silentio *SML* uixque] *cf. supra v. 8, uix SML* 32 commodum *B* et
 scelere *B* 33 quae obstabant cedentibus] transit quod obstabat *L* adiit *B* 34 sed diuinitus
 retinetur] *om. L* etenim remeandi] tamen redeundi *L* et ita] quia *L* 35 uallatur *B*
 nanque] *om. L* 36 fugienti] sibi *add. L* 37 redditur *L* 38 in aestibus noctis *B* 40 inibi]
 ibi *L* ita] *om. B* 41 abstraheret *L* it] *S, illum B, adit L* repperit et attrahit] reperit
 abstrahit *L* adest ilico] *SL, ut uero affuit coram sacerdote B* 42 pedesque *B*

plenus indulget crimen donatque furtum monens saepe, ut suis usibus necessaria potius petat quam rapiat et necessaria sibi tribuentis munere non rapinae scelere conferantur: sic ergo indulgentiam a sancto viro promeruit et discessit.

VII (52) Quid memorem in eodem ortulo a simili scelesto quondam mella ab alvearibus nocturno dempta furto delataque domum in picis prorsus mutata naturam, stupuisse reum admiratione virtutis, cum criminis non deesset causa et conscientia criminis torqueret auctorem? (53) Tandem vero criminisum alto mentis stupore discussum ad antistitem properasse, retulisse furtum sanctisque prostratum vestigiis veniam facinoris postulasse, perfacile supplicanti indulsisse antistitem naturamque mellis non minori reddidisse miraculo quam mutasse, ita reum pro supplicio veniam munus domum retulisse pro crimine.

VIII (54) Dumque his virtutum fulgeret miraculis, beatum gloriosae consummationis tempus advenit, sed cum fracta iam aevo membra deficerent, afflictum emortuumque corpus virtus abstinentiae roborabat et quod natura negaverat meritum conferebat. (55) Fuitque tantus in eo viro fidei fervor, ut insatiabili ardore quo plus corpori districtio intulisset eo inferre plus cuperet, et ita erant augmenta meritorum eius incitamenta profectuum. Amor quippe dei reficere animum potest, satiare desiderium non potest, sed magis magisque cum hauritur sitim inflammat, iocunditate enim sua excitat appetitum, sed non facit de satietate fastidium. (56) Igitur beatissimus Amantius hac meritorum luce fulgens terrena membra commendat, caelestis spiritus celsa conscendit. Illic nunc interest choris angelorum, hic fulget claritate virtutum, illic interpellat pro famulis voce supplici, hic tuetur famulos virtute sublimes, illic petit, hic praestat, illic vota fundit, hic votis respondet, illic nunc aeterna circumseptus emicat luce vel meritorum splendore clara vel illatae crucis tormentis roseo quasi fulgore purpurea. (57) Nam ipse in semet et persecutor extinguendo vitia extitit et martyr crucifigendo corpus emicuit adeptusque est novum non morte sed carnis mortificatione martyrium. Et cum sit in conspectu domini pretiosa mors martyris, dum beatissimus Amantius ipse in se hostem et persequitur et prosternit, fuit in conspectu domini pretiosa mors viventis.

IX (58) Hactenus quidem vitam beati confessoris Amantii divino munere ut potui stilo digessi. Nunc pauca de his quae triumphator egregius gessit brevi sermone constringam. (59) Igitur mulier quaedam erat Iuliana nomine vidua et anus et pauper, quam artabant pariter fragilitas senii et solitudo et egestas, vigeabat in ea tamen fortis animus aerumnarumque contemptor. (60) Haec quo propior divino operi foret, cellulam prope sancti antistitis basilicam collocavit, ut frequentiam quam tarda se-nectus ei negaverat vicinitas cellulae restauraret. (61) Huic mercandi vendendique vini usum necessitas variarum artium magistra monstraverat. Mercabatur itaque vendebatque hoc modo vina, ut quod supererat pretii fieret substantia laborantis neque

1 monens] monetque B, eum add. L potius necessaria usibus L 2 et] ut B 3 indulgentia a sancto sibi concessa ab eo discessit L 4 quondam] om. L 5 naturam mutata et stupuisse L 6 non] om. B 7 auctorem] cum furto dampnum superasset et iniqua mens in tam atroci maneret scelere add. B, cum furto damnum superasset, in qua moestus atroci maneret in scelere add. S: glossa videtur esse tandem vero] S, tandemque B, tandem verum est L sopore L 8 properasse et furtum retulisse B 9 postulasse] et add. L naturamque] et sic naturam L 10 minoris redidisse miraculi fuit quam mutari L ita] et ita B domum] om. L 12 que] om. B fulgeret] ipse add. L gloriosae] eius add. L 13 mortuumque corpus abstinentiae L 14 roborabat] labore erat L 15 eo] sancto L 16 eo] om. L eius] om. L 18 iocunditatē B¹ 19 beatus B 20 condit sed caelestis L, caeli B 21 choris interest B 24 micat B claro L tormentis] om. L quasi] ac L 25 purpureo L ipse in semet] et in semetipso L extinguendo vitia extitit] vitia exequendo extinxit L 26 novum non morte] M, novum non mortis B, non mortem L 28 ipse in se hostem et] hostem L pretiosa in conspectu domini L 29 viventis] desinunt B, ubi PASSIO S^CI MENNE MAR^T sequitur, et S

plus lucri caperet augmentum quam victus necessitas postulabat. (62) Venit ergo ad hanc vir quidam atroci scelere aliis longe criminosis immanior atque se velle vinum mercari. Illa vero eum intra cellulam recepit ut emptorem, et ut ne diutius teneret eum forsitan properantem, celeritatis studio seniles castigat moras. (63) Ille vero
5 circumspectare coepit omnia vagisque luminibus universa percurrere, si quae essent quae viduae simul et pauperi crudelissimus praedo posset auferre. Dum ergo haec muliebri levitate turbatur, mox ille capsulam cum exigua pecunia conspicit, diripit abstulitque et vino mercato aufugit venitque post triduum quasi innocentiam suam praesentialiter monstraturus. (64) Illa ilico nefarii furis certissima coepit evolare in
10 faciem eius opemque clamoribus quaerere: criminosis et ipse conscientiae suae scelere territus cursu subito cito se proripit equumque conscendit. (65) Anus prodit e cellula cupiens praeire clamoribus quem tardo sequi gressu non poterat. Ad sanctam tamen basilicam erigens oculos hoc fideli devotione et maxima voce proclamabat: Ne sinas, summe sacerdos defensorque fortissime, abire praedonem meum, ne deseras viduam
15 et pauperem, divitiarum mearum solatium et virtus mea. (66) Cumque hoc supplex depromeret, miris repente modis conspicit in medio atrio in morem cautis riguisse cornipedem. Acciderat enim, ut ea die sacrae depositionis eius celebrarentur festa annuo orbe completo et egrediebantur de basilica populi expletis ex more solemnibus stupentque miraculi novitate perculsi. (67) Haerebat quoque reus stupens corpore,
20 stabat anus innixa baculo. Fundit tandem criminosis uberes fletus, peccatum fatetur, pecuniam reddit et absolvitur domumque remeat absolutus. (68) Plebs igitur tantam virtutem mira exultatione et ineffabili laude ad caelos effert et ita gloriosus antistes fuit in defensione pauperis fortis, in absolute criminosi misericors praebuitque immensa miracula, vel cum audit innocentem vel solvendo dampnatum.

25 (69) Non longo vero post tempore, dum ipse in periculis adest famulis, sequitur X clara virtus ac maxima. Iamque in Septimianiam quidam vinum mercari cupiens properabat, prius tamen basilicam gloriosi triumphatoris ingressus tumulum eius petit, solo prosternitur, prosperitatem poscit itineris, vota spondet. (70) Mox progreditur levique labore diffusum emensus iter in Septimianiam venit, vinum mercatur, ad urbem
30 remeat. Et iam medium secundis gaudens rebus iter transgreditur, iam summae de vertice rupis in imo vallis amne leni fluentem Tarnem conspicit flumen, iam vicinus urbi alacer eam intuetur, iam votis dulces nati blandis pendent ex osculis, iam urbe fruitur, iam parentum civiumque potitur affectu. (71) Dum ergo spe totus in urbe est et excelsi montis iuga carpit itinere, repente atroci luctu gaudia perturbantur,
35 nam impulsus saxo vehiculum quatitur excussoque vehiculo vas atroci resultat sono atque ima petens vallis in planis tandem collabitur. (72) Quod emptor perspicuus abrumpit caesariem genasque dilaniat et vertens ad moenia oblitus lacrimis oculos fatur sic paucis: Te, o beatissime pontifex, duce extrema adii loca, en desertus a te, iam patriae adductus in finibus, gravi aerumnarum mole oppressus, dignas meritis
40 paenas luo. (73) Haec autem ingenti luctu commemorans, ad locum in quo vas deciderat properabat, cum lacrimas scilicet causa lacrimarum augetet et dolor damni praesentis maiores a misero paenas exigeret. (74) Cum ergo ad locum flens venit, aspicit repente stupendo miraculo vas integrum vinoque plenum et patronum quem querebatur absentem virtute clara praesentem intelligit. Lacrimae igitur vertuntur in
45 gaudia et maeror in laetitiam permutatur. (75) Et ita fuit maioris miraculi rem patrociniis antistitis sancti commissam sic fuisse salvatam quam non fuisse dilapsam, duras cautes non sensisse dum collideretur quam evasisse pericula dum servaretur,

16 cautis riguisse] *cf. supra p. 58, l. 25* 17 cornipedem] *Verg. Aen. VII, 779* 31 in imo
(uel ima *add. M*) uallis] *M*, primae *L* fluentem — 32 eam] *om. M* 32 notis — 33 affectu] *M*,
uocatus uota dissoluit *L* 34 iugia coepit itinera *L*

excepisse aspera et nescisse discrimina, transisse inter praerupta, quam si a praeruptis esset integre custodita.

XI (76) Nondum quoque multorum emensa temporum orbe completo redierant curricula, cum sanctus Quintianus episcopus ante sacrosancta altaria capacem tumuli locum elegit, ubi ipsum miro opere et laudabili arte collocavit, nam prius in basilica 5 sancti viri extensa sepulchrum velut praefulgens lampas splendore propriae claritatis mentes expectantium illustrabat. (77) Hoc itaque tam pulchrum facinus episcopus mente concepit, devotione spondit consummatoque opere diem sacrae translationis constituit. Haec ergo celerrime fama percrebuit et non solum diffusae urbis conclusa fimbriis loca sed diversae etiam urbes confinesque provinciae vel pontifices ad id mi- 10 sere vel populos. (78) Fidei itaque coetu moenia complentur, venit etiam e Narbonensi urbe Marturius abbas quidam laudabilis et vita conspicuus. Prius tamen artifex eligitur, qui tumulo circumiecta demat: qui statim sacrae venerationis locum ingressus audaci motu de sepulchro opposita expulit, sed ilico insurgentis dexterarum ictu percussus ingemuit ultricique paena temeritas prolapsa procubuit. (79) Iamque sacrae 15 translationis dicata dies illuxerat, quae primos urbis Romae doctores Petrum et Paulum duo mundi scilicet maxima lumina triumphali supplicio victores misit ad caelos. Hac ergo die omnium expectata votis sacerdotes adsunt, populi confluunt, oratio ex more indicitur, plebs solo prosternitur, tumulus commovetur. (80) Mox vero repentino miraculo tanta fragrantia de tumulo ineffabilem exhalans suavitatem prodiit, ut non 20 solum cunctum in sancta ecclesia populum verum etiam sitam in porticibus atrisque plebem dulcedine nimia replet et velut quodam retributionis munere spiritali hausto reficeret. (81) Interea subiectis manibus pia devotione fidelium vehiculo, felix onus infertur, tumulo manus Marturii abbatis comprimitur. Ille vero neque manum retrahere nititur neque circumstantium opem uti sepulchrum elevetur inquit. (82) Sed piis que- 25 stibus auxilium beatissimi Amantii implorare non desinit haec humili voce commemorans: Noli, sacerdos quondam noster, nunc socius angelorum, noli opprimere manum famuli, ne servum tuum ullo afflictionis maerore exasperes: iucundior mihi melle dulcedo, ne sinas gaudia nostra tristitiae nubilo maculari, gaudium et exultatio mea, quem ad solemnitatem tuam perduxisti hospitem, cellulae reduce suae incolumem! (83) Vix 30 verba finiebat, cum elevatur subito sponte tumulus et abstrahitur manus illaesa abstractaque rursus oneri pio subicitur.

XII (84) Interea obvium sibi quendam vehiculum impulit impulsisque prostravit atque obliquatis strati pedibus discurrens rota pertransiit, sed ita minacem impetum iussa suspendit, ut nec sensum doloris strato infligeret nec signa livoris imprimeret. 35 Cucurrit ergo motu celeri nec subiecta contrivit, sed ministeria complevit itineris relinquens signa virtutis. (85) Inter haec vero miraculorum insignia, nullo impediendo labore, summo cunctorum gaudio in loco studiose praeparato reliquiae sacrae conduntur. (86) Nonnulli autem ad tumulum sancti viri vesano praesumpserunt ausu scelus priori scelere cumulare, sed correpti protinus furore limphatico solvere sup- 40 plicia afflictique horribili fremitu et occultis exusti flammis prodiderunt nefas, reddiderunt sublata prostratique solo veniam petiere facinorum ac sine mora beatissimi virtute antistitis obscenis contagiis meruere purgari. Ita hos et ultio iusta percudit et miseratio pietatis absolvit.

4 *Greg. de vita patrum c. IV, 1*: in quo episcopatu ampliatis adhuc virtutibus, cum in dei semper operibus cresceret, auctam beati Amantii antestitis basilicam sanctum corpus in antea transtulit, sed non fuit sancto acceptabile hoc opus.

9 celerrima L percrepuit M 11 fidei itaque convenientia completa L 16 petrum et paulum] dies 29 Iunii 22 speciali haustro L 23 pia devotione] om. L 40 furore limphatico] cf. supra p. 58, l. 11

- (87) Rursus cum adversus Ruthenenses Marcomanni truces ingruerent omnemque XIII
late provinciam belli nube texissent, — atroci etenim corona cinxerant civitatem —, hor-
rebant murorum interiecto discrimine strictis mucronibus. Addebat etiam fiduciam hosti-
bus multitudo ingens, natura ferox, quorum fugam sternebat passim dira lues immitti
5 ense, fame obscena. (88) Consurgit tandem in ultionem famulorum sacerdos noster
propugnatorque fortissimus et ita gentem totam uno timore percussit, quod discedentes
pavore fugam arriperent, sicut vehementi furore arma rapuerant. (89) Nam cum
fortissimae gentis duces ingrederentur ex more basilicam, uti res secundas poscerent
suis, tumulum petiere: statim circumiecta sepulchro velamina nunc alteram in partem
10 ut acta flabris novae virtutis miraculo sinuantur, magnus e tumulo liquatur sudor.
(90) Commemoratione etiam mira sacrum de tumulo velamen excutitur, sternuntur solo
duces pro gloria reditum fugam pro felicitate poscentes et ipsi atroci prius saevitia
immanitatem transgressi feralem in hominum mores novo redeunt metu pereulsi.
(91) Ab oratione itaque consurgunt terribilique sono tubae gens tota contrahitur, pro-
15 dit metum pallor timoris index factumque trepidus sermo miraculum: horror omnium
quatit membra, novitate virtutis placet fuga, densa mole referuntur ad patriam.
(92) Peracto itaque triennio hoc quo prius veniunt furore succensi, hac saeviunt im-
manitate bacchantes, ex hoc redeunt miraculo commoniti hocque fugiunt pavore per-
culsi et ita pastor egregius gregem suum ab incursu luporum bis eruit una virtute.
20 (93) Dicam iterum miraculum quod ipsa Rutena urbe teste conspexi. Puerum XIV
quendam Euphrasium nomine arto dirae infirmitatis nexu constrinxerat hostis ille
multimoda nocendi arte saevissimus atque ora ferocitate obseraverat, dempto linguae
motu et fandi libertate sublata, luebat longi maeroris paenam diuturno silentio nec
ulla ad afflictum conferri poterant remedia sanitatis. (94) Tandem infirmus audacis
25 fidei fervore succensus sancti patris tumulum petiit et tumulo velamen contiguum ori
violentus iniecit et ilico verberante ora linguae plectro auctorem Christum vox clara
collaudat divinamque virtutem et merita bellatoris antiqui soluta lingua testatur et ita
infirmus ille e basilica Christo referendo gratias sanus egreditur totamque exultando
percurrit urbem tanti miraculi testis ac nuntius.
30 (95) Item latro quidam saevissimus viatorem incautum adit, interimit prosternit- XV
que, spolia diripit ac telo ultricis conscientiae percussus aufugit. Ignoto cuidam a
latrone extincti vestimenta venduntur, quibus palam sine mora prolatis, innocens
emptor ad supplicia rapitur et alieni sceleris paena torquetur, in carcerem truditur,
profertur, verberatur, carceri redditur et comperendinato die letalis patibuli paena
35 differtur. (96) Interea intempestae noctis silentio divino fulgore carcer emicuit, adest
gloriosus Amantius nivali splendore conspicuus, maerentem visitat, nomen edicit et ut
crudelia tormenta effugiat exhortatur. Ilico arta ferri vincla dissiliunt, claustra pan-
duntur, procedit victorum manus fitque nocentum salus absolutio innocentis. (97) Patet
carcer, ad basilicam gloriosissimi triumphatoris confugitur, pulsantur fores, mox sera
40 novo miraculo illaesa solo resiliit et ita beatissimus Amantius divino munere ab im-
minente exitio dampnatos eripuit sacraque ereptos basilica dulci gremio salvandos
exceptit.
(98) A latrone quoque quidam in praesentia viri bonae conscientiae occiditur, sed XVI
cum se latro cursu praepeti confugiens occultasset, innocens ille metuens ne stans
45 iuxta corpus extincti alieni sceleris paenas exciperet, basilicam beati triumphatoris
expetiit, a propinquis extincti artissime vinculis innectitur. Qui offusis fletibus ma-

2 belli nube] *Verg. Aen. X, 809* 5 fame obscena] *Verg. Aen. III, 367* 14 terribilique
sono tubae] *Verg. Aen. IX, 503* 15 horror omnium quatit membra] *Verg. Aen. III, 30* 16 densa
mole referuntur ad patriam] *Verg. Aen. XII, 575*: densaque ad muros mole feruntur 21 euphrasinum *L*

xima in conspectu populi voce proclamat: Fortissime propugnator, si scis me reum, ultrici dampnatum paena prosterne, si inspicis innocentem, inique vinctum, iustitiae defensor, absolve. (99) Vix verba finierat, cum in conspectu suae plebis ferrum dissiluit proculque collapsum merita bellatoris et innocentiam laborantis virtute miraculi monstravit.

XVII (100) Nunc ergo in tantae festivitatis gaudiis omni supplicatione dominum nostrum, cui ineffabili miraculo est unitas sine confusione coniuncta, trinitas sine divisione distincta, deposcamus, ut, quia pariter iustus et pius est, cum beatissimo suo Amantio iuste petita praestet nobis, errata clementer indulgeat, qui cum patre vivit et regnat in unitate spiritus sancti per omnia saecula saeculorum. Amen.

VITA SANCTI REMEDII.

- I (1) Beatissimi Remedii antestitis depositio sancta nobis hodie diem mysticae solemnitate festam exhibuit, quae annis singulis, dum in se cursus temporum volvitur, nostris desideriis innovatur. (2) Hic itaque primis ortus natalibus parentum nobilitate fulgebat, quem divina pietas non solum priusquam nasceretur sed antequam conciperetur elegit, in tantum ut Montanus quidam monachus, dum se levissimo sopore quiesceret, tertia fuisset admonitione pulsatus, uti et matri suae benedictae Caelinae quod masculinum conceptura esset veredica relatione praediceret et nomen eius vel mereta designaret. Quod illico implevit imperio et fecundissimae genetricae concepturae sobolis gaudia nontiaavit. (3) Illa vero sicut fidei credulitate non apparuit dubia, ita suscepta in parto quod praescierat in utero: haud morosa exitit vel incerta, felicissimum pignus secura protinus ededit quod prius corde concepit.
- II (4) In quo adsiduae venturae aetatis mereta dulcis infantia designabat et quod ante conceptum mater agnoverat ante tempora iam videbat. Studebat teneros annos morum maturitate vincere et benevolentiam cordis caritatis melle condire. (5) Quid plura? Cum secundis successibus certatim sanctae conversationis studiis adulscens vicensimi secundi anni iustum sumpsit exordium, in hac urbae Remensium omnium generaliter votis ad pontificii culmen raptus fuisse denoscitur potius quam electus. In quo statim sic apparuit aptus et devotus officio, tamquam si quod noviter ascenderat iugiter praefuisset. (6) Fuit itaque in elymosinis largus, in vigiliis sedulus, in oratione devotus, in caritate perfectus, in humanitate profusus, in doctrina praecipuus,

7 cui — distincta] *M*, om. *L* 8 quia — est] *M*, om. *L*

11 INCIPIT VITA SANCTI ET (AC *C*) BEATISSIMI REMEDII *GC*, KL. OCTOBRIS INCIPIT VITA SANCTI REMIGII CONFESSORIS *B*, (INCIPIT *add. W*²) VITA SANCTI REMIGII (EPISCOPI *add. W*²) *W* 12 remedii] *G*, remigii vel remedii *C*: remedi *Fort. arm. II, 13, 9*, remediis vel remegius *Greg. Hist. Fr. II, 31* antestitis] dei *add. G* hodierna *DEC*² die *CDE*, om. *W* festa solemnitate *C*, solemnitate festa *DE*, festam om. *BW* 13 uoluerit *C* 15 diuina] dn̄i *W* priusquam] antequam *G* nascetur *C*¹ antequam] quando *G* 16 se] om. *G*, del. *C* quiesceret] dedisset *W* 17 tercio *C*¹, tertio *B* uti] *C*¹ et] om. *BW* caelinae] *G*, chilinae *DC*¹, cilinae *EC*²*W*, cyliniae *B* 18 merito *C*¹, meritum *C*²*BW* 19 qui *C*²*B* implebit *C*¹ imperium (*C*)*BW* 20 credulitate (*C*)*B* 21 quem *CBW* presciuit *G*, praesciebat *E*: praescierant *infra p. 66, l. 17* haud — incerta om. *G*, haud e corr. *C*, nec *W*, non ut *Mombr.* nel] *C*¹ *Mombr.*, aut *C*², haud *DE*, ut *B*, nec *W* certa *B* 22 corpore *B* 23 designabit *G* 25 maturitatis *C*¹ caritate melli *C*¹ 27 uicissime *C*¹, uicesimo secundo anno *W* iustus (*C*) sumpsisset *C*² remorum *C*¹ 29 quod] qui *DE*, quo *C*²*W*, om. *G* ascendebat *DW* 30 presidebat *G* 31 humilitate *C*¹

in sermone paratus, in conversatione sanctissimus. Numquam in eo invenit humani generis adversarius, nec quod fraude deciperet nec quod simulatione fuscaret.

(7) Sinceritatem mentis vultus sui serenitate munstrabat et pietatem clementissimi III cordis ostendebat in lenitate sermonis. Quicquid ad salutem pertinere possit aeter-
 5 nam non minus implebat beatissimi operis studio quam sermonis praedicatione docebat
 (8) Longum est itaque verbis exeri, ne inrogemus audientibus de nimia prolixitate fastidium, quantum in eum bonorum omnium ornamenta quae sunt vel praeciosa vel maxima supernae remunerationis praerogativa contulerit. (9) Studiamus ergo pauca
 10 nostri sermonis posset excolere aut memoria retinere, prius habere poterat terminum lux hodierna quam pagina. (10) Intendebat vir beatus Remedius iactantiam virtutis fugire, in quo non poterat gratia celsa latere. Cum eum vero contigisset habere inter domesticos suos secretiore convivium et delectaretur in libertate carorum, discendebant ad eum intrepidi passeris et in manu eius mensae reliquias collegebant. Discedebant
 15 alii saturi, accedebant alii saturandi. Sic mansuescebat feretas avium in operatione virtutum.

(11) Accedit ergo quodam tempore, cum ex more pastorale sollercia parocias cir- IV cuiret, ut si neclegenter aliquid in divinis cultibus ageretur, fidelis Christi servus agnosceret: in vico similiter cui vocabulum est Calmaciaco ipsius devotionis studio
 20 peraccessit. (12) Vbi dum quidam caecus ab eo opem misericordiae postularet, coepit qua dudum captus fuerat infestatione daemonii corpores vexatione torquere. Tunc sanctus Remedius in oratione qua semper animi sancta intentione vacabat corporea se etiam sedulitate prostravit raptimque lumen pristinum reddidit oculis et pestem immundi spiritus effugavit. (13) O ineffabiles gratia pietatis, a puo dum substantia
 25 sola petitur triplex remedium obtinetur! Victu pavit egenum, muneravit visu caecatum, reddidit libertate captivum adque ita contigit per hoc insignem misterium, ut dum apparuit unus in paupere trinitas se ostendit in salute.

(14) Sic ut semper ergo humani generis adversarius suam non desistit ostendere V nocendi virtute potentiam, civitatem Remensium eodem tempore surgentibus subito
 30 flammaram globis, oborta nimium vastatione succenderat et iam fere partem tertiam favillis extantibus concrematio peracta consumpserat et quod residuum erat victrix flamma lambebat. (15) Tunc cum eius rei nuntius ad beatissimi Remedii antestetes

1 serne G inuenit in eo W humane C 2 nec — nec] ne — ne C¹B 3 sinceritate G serenitatem G pietate G 4 possit] (C) 5 beatissimi operis studio (studium C¹) beatissimus opere C² predicacionem C¹ 6 exeri] G, exigere (C), exsequi W, comprehendere D, texere E nimia] his add. DE 7 quanta (G) ornamenta bonorum omnium CW sunt uel] sunt DE 8 contulerat G, contulit DE studiamus] C¹, studuimus G 9 plurimam C² tantarum DE signa DE, dicere coeperimus add. C² 10 sermonis] non add. C² possit CW plus C poterit DE 11 pagina] capiat add. C² beatus remedius] sanctus G uirtute G, uirtutum C²W 12 fulgere C¹ celsa] concessa G ea C¹, ei C² 13 secretiorem B, secretius W 14 trepidi DE passeris C¹ 15 saturati E operacione C¹ 17 ergo] autem (C) cum (eum E) ex more] om. G pastoralis solertię W circumire E 18 culpis C¹ 19 calmacaco G¹, calmatiacus D, calmicciaco C² deuotione studium accessit C, deuotione per studium accessit W 21 qui E daemomis W torquere] G 22 sanctus remedius] om. G anima C² sancta] om. G corporeas etiam G, se etiam om. C, se etiam corporea W 23 sedulitatem G, se uilitate C² prostrabat G 24 infabilis C¹ 25 petitur G numeravit G¹, remuneravit uisum C¹ 26 libertate] G, libertatem C¹ insignum C¹ misterio G 27 unus apparuit W pauperem C salutem (C) 28 sic ut] sed sicut E ergo] add. C², erga EW generis] detrimenta add. E aduersarios G suarum C²W desistet G 29 uirium D, uirtutum EC²W, uirtutem C¹ remorum (C) 30 succenderet C¹ 31 stantibus G 32 huius E nuncius add. C², om. W remedii] om. G

pervenisset auditum, illico velut invictus adleta ad ruinam urbis caeleri velocitate percurrit adque se igni obvium impleta oratione monstravit: statimque velut quodam reatu fracta vel concisa populo teste in se vastationem reducit incendii et per patentem portam admodum fugens discessit, ut omnibus monstraretur, quod vir dei plenus fidei igne plus caluit, qui saevitiam tantae indignationis et evicit meritis et extinxit. 5

VI (16) Quaedam vero puella ab urbae Tolosa praeclaris orta natalibus ab adolescente infantia vesani spiritus tenebatur obsidione captiva. Quam cum tenero amore diligenter piissimi genitores, ad sancti Petri sepulchrum in Romana urbae cum plurima multitudine et multa devotione duxerunt. (17) Ibi quidam dei servus cum auxilio sacri corporis plurima implebat signa virtutis. Hanc tamen puella cum nulla potuisset intercessione purgare nec ab ipsa calledi daemonis viros valuisset expellere, hunc responsum hostis antiquus reddidit divini nominis obsecratione constrictus, quod nunquam ab alterius de eodem habitaculo nisi huius beatissimi Remedii antestitis emundatione possit expelli. (18) Tunc parentes eius et ipsius benedicti et Alarici regis Gothorum adfatibus suffragati cum devincta sobole ad sanctum Remedium antestitem 15 pervenerunt deprecantes, ut virtutem eius agnoscere in purgatione sobolis quam praescierant in confessione latronis.

VII (19) Tunc beatissimus Remedium cum diuturna luctatione se non esse dignum adsereret et consueta patientia repugnaret, precibus est populi supplicantis evictus, ut orationem pro ipsa funderet et parentum lacrimis condoleret. (20) Tunc sanctus Remedium meritis sanctitatis armatus verbi praecepit imperio, ut iniquus praedo per quod ingressus fuerat discederet et Christi famulam relaxaret. Itaque cum nimio vomitu et obsceno fetore per os quod fuerat intromissus abcessit. (21) Sed paulo post discedente pontefice sub ipsius tamen horae spatio, dum nimio labore fessa nutaret, vitae calore decepta spiritum salutis amisit. Iteratis ergo precibus supplicantium 25 turba recurrit ad medicum, beatus autem Remedium ille se accusat potius perpetrasse facinus quam sanitatis praemium indulgisse et extetisse homicidii reum, nam non contulisse remedium.

VIII (22) Ad basilicam igitur sancti Iohannis quo corpus iacebat exanimae populi obtentus deprecatione regreditur ibique sanctus Remedium cum lacrimis ad pavimenta 30 sanctorum in oratione prosternitur et reliquos ut ita facerent adortatur. (23) Tunc sanctus Remedium effuso lacrimarum hymbre consurgens suscitavit mortuam, quam

1 hancleta C¹, hantleta C² 2 statimque — 3 reatu] *om.* C¹B, statim velut quoddam reatum *add.*
 C², que *om.* W 3 conscia G populi testa B sese G vastationem] GB, vastatio ECW²,
 vastatione W¹ reduxit G incendium C²W 4 fugens] C¹, fugere G, fugiens C²W
 5 fide C¹W ualuit C¹ quam saevitia tanti E, qui sevitium tanti C¹ et] quam et E
 et extinxit meritis CW 8 ad] *suppl.* C² petri] apostoli *add.* W ad romanam urbem C¹
 9 seruus] nomine benedictus *suppl.* C², *habet* E: benedicti (*infra* l. 14) *pro nomine proprio* Hincmarus falsarius accepit, AA. SS. 1. Oct. tom. I, p. 142, cf. Roth, *Beneficialwesen* p. 463: de S. Abundio vel Acontio Mabillon et Bollandiani cogitaverunt, cf. *Greg. dial.* III, 25 10 uirtutum C puellam C²W
 11 purgare] curare G calidi C¹ daemonis] hostis W uiros] GC hoc C¹W 12 hostis
 antiquus [antiquos G] diabolus W numinis EC² 13 ab] *om.* GE, *del.* C antestitis] *om.* G
 14 posset EC² benedicta C¹ alarichi C reges gotorum G 15 remedium] *om.* G
 17 in] *om.* CW latrones G 18 tunc beatissimus remedium] ille GE 19 est] eius C¹
 populum supplicantem? G¹, subplicantes C¹ 20 tunc sanctus remedium] ille uero G 21 iniquos C¹
 22 gemitu G 23 quo EC² 24 tamen] statim E dum — nutaret] *om.* E nimium C¹
 25 decepta] redempta C¹, alienata Momb., exempto *Surius* salus D, *om.* E emisit W ite-
 rat* C ergo] *om.* E precibus] *om.* G 26 beatus autem remedium] *om.* G illi E, illum
 C¹ 27 extetisse] se *add.* W nam] G, *add.* C², *om.* W tullisse C 30 deprecatione
 G sanctus remedium] illi G 31 in oratione] *om.* E ita *** faceret C¹, ut idem faceret W
 32 sanctus remedium] *om.* G mortuam] *cf. Greg. Gl. Conf. c. 78, Hist. Fr. II, 31*

prius sanavit aegrotam. Quae protinus adprehensa manu pontificis cum integra incolomitate surrexit et ad propriam feliciter remeavit. (24) Iudicare enim possumus, quantus in praesenti miraculo fuisset parentum fletus pro gaudio laus populi pro triumpho. Putasne cum quo gemito quantaque devotione gloria in excelsis deo caecinerunt qui per sacrum antestitem divina videre mysteria meruerunt? Potuit ille procul dubio plebem suam de caso cuiuslibet pericoli imminentes eripere qui vitam mortuae valuit restaurare.

(25) Inter huiusmodi igitur virtutum suarum insignia elegit beatissimus Remedius IX adleta Christi transitum laetiferi soporis excipiens procellas mundi senio iam vergente deserere et ad portum caelestis habitaculi pervenire. (26) Post cuius vero obitum tanta ad sui corporis patrocinia fidelibus remedia tribuuntur, ut solis agnoscatur vivere meritis qui tantis fulget exemplis, cui vero poena dinuscitur defuisse martyrii, nam non devotio confessuris. (27) In illis ergo divinis templorum oraculis ubi eius patrocinia veneramus quicquid cum fide petitur invenitur et quod speratur studio praestatur effectu. Profusis ergo unanimiter precibus exoremus, ut nobis vitae salutaris spacium indulgentiam delictorum obteneat intercessio sancti Remedii pontificis cum auxilio redemptoris. Det etiam deprecatio eius generaliter omnibus in hoc mundo tranquilla pacis tempora qui promisit iustis aeterna.

VITA SANCTI MEDARDI.

(1) Beatissimi Medardi antestitis vitam, quae per universum orbem virtutum pro-
palatur insignibus, nequivimus silencio praeterire ac non valemus gestorum cuncta
perstringere. (2) Et quia solemnitatis eius diem veneratione perspicuum omnium
populorum catervas quotannis expetere depositionis suae commemoratio principalis
invitat, crescat in universorum pectoribus pro fidei ardore devotio, dum sanctorum
suorum panditur magnitudo, ut hac si rarus sit qui existat imitator operis, cunctos
tamen faciat eius intercessio potiores. (3) Cuius ergo originem propterea primum

1 egrota *G* 2 propria *CW* 3 quantos *G*, quantum *C*¹ miculum *C*¹ prae *E*
gaudium *C*¹ laus] letus *W* prae *E* 5 potuit] enim *add. C*² 6 procul dubio] *om. CW*
eminentes *G* 7 mortuo *G*, mortui potuit *E* 8 suarum] *om. G* beatus *W* remedius]
om. G 9 haelyta *C*¹, anthleta *C*² christi] *om. G* laetiferum *W* procellam *C*¹
10 eius *D* 11 remedia] que *add. E* et (*C*) agnoscatur *G*, agnoscitur *W* 12 tantis]
multis *G* refulget *W*¹ cuius *W*, cui — 13 confessuris *om. B* 13 nam] *om. W* illis]
hoc *G* 15 effectum *C*¹ unanimiter *C* salutis *GE* 16 spatio *W*, et *add. GC*²
remedii] *om. G* 17 omnibus] *suppl. C*² 18 tranquillam *C*¹ que] *W* aeterna] caelebratur
dies natal. eius xvii k. febr. ad gloriam christi qui uiuit et regnat in secula seculorum *add. G*, EXPLICIT
DEPOSITIO SANCTI REMIGII *add. E*, quod ipse prestare dignetur qui regnat cum patre et spiritu sancto qui est
benedictus in saecula. amen *add. CB*, adiuvante dño nño iesu christo cui est honor et gloria in saecula saeculo-
rum. amen *add. W*, ubi *V. S. Nazarii sequitur*

19 xvii incipit vita sc̄i ac beatissimi medardi ep̄i quae celebrat̄ vi. id̄ ivni* (ivnin *M*¹) *M*, incipit
vita sancti ac beatissimi medardi ep̄i; ar. (?) id̄ ivn̄ *Q*, incipit vita sancti medardi praesvylis almi *P*
20 antestitis] *om. P* uita *Q* urbem *Q*¹ uirtutum] meritis *add. Q* 21 insignibus] *M*¹*P*,
insignis *M*², *om. Q* nequivimus *M*²*Q*¹ ac] quamvis *P*, ac si *Q* ualeamus *P* gestorum]
uerbis *Q* 22 praestringere *M*¹ quia] *eras. M* eius diem] *M*¹*QP*, eiusdem *M*² per-
spicuum] per] quae sequuntur ad c. 3 uiciorum *desunt M* 25 hac si] *Q*, si in hac *P* 26 intercessio]
QR, imitatio *P* huius *P*

suggestio nostri sermonis insinuat, ut nullus forsitan desperationis obstaculo magis culpandus offendat, quoniam deum integro amore diligere non facit gentium divisa discretio sed unita fidei plenitudo, nec divina gratia, quae volentibus cunctis generalis ostenditur, specialis esse iudicio fallente credatur.

- II (4) Pater igitur huius de forte Francorum generi non fuit infimus libertate, 5 mater vero Romana absolutis claruit servitute natalibus, quae in Christi tabernaculis, ut censemus, praecioso fecunda parto plus placuit, quam si integritate servata nequaquam se vinclis virilibus tradidisset: quorum in Veromandensi territorio et habitatio fuisse dinuscitur et origo. (5) In qua urbae cum adulescens ad scolam recureret, casululam quam ei sua genetrix fecerat per ipsum ad artificem componendam 10 direxit, quam in itinere caeco a se invento mox praebuit. Similiter quicquid ad aescam accipere deberet, dum suorum parentum gregem pasceret, si pauperem vidisset, cibos egeno porrigebat, ipse ferens inopiam, diei ducens ieiunia. (6) Nec illud est reticendum rei gestae mysterium. Dum adhuc esset in scolis vir sanctus, parvus et innocens, dicit ad Eleutherium quendam puerulum conparem, quod publica 15 in actione comitivam adsumeret, et cum triginta annorum vitae spatium caperet, ipsum dixit futurum summum dei pontificem, qui in Tornaco civitate pastor est datus ecclesiae. (7) Ita sanctus quod praedixit quasi propheta divino spiritu iam probavit.
- III (8) Deinde cum crebrius ad templorum oracula fidei monitu promulgante discurreret et teneros aetates annos librafis patientiae moribus temperaret propriae volun- 20 tatis arbitrio, dum mundi inlecebras vitando despiceret, officium sacerdotis exceptit pariter et animo conversus et habito. Morum caritate praecellens, confestim claruit apud urbis pontificem conversatione praecipuus, apud cunctos mentis puritate sincerus. (9) Numquam se laeticiae ubertate plus extulit, numquam maeroris acerbitate turbavit. Fuit semper tolerans in adversis, mitis in prosperis, cunctos oboedientiae sedulitate 25 praefrens, egentibus larga miseratione succurrens: et ex omnibus calcato viciorum fomite vel anguste calles tramitem sanctae conversationis gressu surgente conscendens, quicquid adversum est orruet, quicquid praeciosum eligit. (10) Quid plura? Vt hospes cerneretur in saeculo et iam possessor esset in caelum, tunc crescentibus munis, singulos sacerdotii honores interiecta discretione temporum ecclesiastici mores 30 tenore percursus, praesbiterii officium electus exceptit, probatus obtenuit et ita se deinceps sanctis coepit publicare virtutibus, ut Christi merito potaretur alumnus.

26. 27 *Fortun. carm. II, 16, 13:*

te inter mundanos vepres gradiente fatemur
calcatis spinis promeruisse rosas.

*ib. 17: cauta per angustum figens vestigia callem,
sic dedit arta tibi semita lucis iter.*

2 culpandos Q quoniam] nec impossibile Q integro — facit] integre credere iudicet Q 3 sed unita] quem unita meretur recipere Q nec] per hoc quod absit *add. Q, ne P* 5 huius (beati medardi P)] nomine nectardus *add. PR: sic Ratbodus* forte francorum generi (satus *add. Q*)] *cf. Prot. legis Salicae*
6 uero] *om. Q* romana] nomine protagia (protasia R) *add. PR: sic Ratbodus* claruit] *BP, tantum Q*
7 seruita P¹ 9 ad scolam — 19 deinde cum] *om. Q* 12 gregem] porcorum *add. B* 13 cibum B 16 comitivam] *cf. Fortun. carm. VII, 16, 19* uitae] *om. PR* 17 turnaco B
19 montu Q¹ discurreret Q¹ 20 teneros aetates] Q¹, tenerositatis *BPR* uolutatis Q¹ 21 inlecebra Q¹ respueret Q 22 caritate] maturitate Q 24 ubertate laetitiae P extollit Q¹
acerbitate] ac irae puritate? Q 25 cunctos] se *add. B, sibi add. PR* 26 viciorum] in eiorum *redit M*
27 uel] *M¹, ut M², *** Q¹, per Q², om. P* c*ales M¹ 29 caelum] M munis] munus Q¹, munis Q², *om. P, per add. M²* 30 singulorum (uel signorum *superser. Q²*) sacerdotii gradus Q, singulis sacerdotii honoribus P temporum ecclesiarum more Q 31 tenorem P, *om. Q* percussus M, conscendens Q, percurrrens P 32 aluminis M¹

- (11) Contegit ergo autumni temporis fructus mitiscente butris fuco variante IV
vindimiae ubertas ostenderet, per quam latronis temeritas eius gratia publicaret.
Intempesta igitur nocte cum potius in humanis corporebus, curarum diversitate se-
clusa, dominante silentio blandi soporis onus incumbet, vineam suam cupiditate se-
5 impulsus latro capiendus expetiet, tenendus inrupit. (12) Tunc praedam gladio sicante
corripiens, ipse magis praedatus intra patentia septa constringetur et quod effrangere
violentus voluit nequaquam evasit. (13) In posterum suo crimini captivatus gustum
habere de furtum non meruit et redeunde adetum ebrius non invenit nec amittere
poterat quod praesumpserat nec auferre fas habuit quod amebat, sed cum inibi
10 primo deluocolo rei praescius vineae dominatur occurreret, furem repperet, quem sua
iam praeda praevinxerat, et uterque alio mutato iure servabat. (14) Tunc usque
adeum sancti ultio rei saevit in crimine, ut uvas propria manu discerpens augmentum
magis illi profusa oblatione tribuerit et delictum obiurgatione castigans remeandi
adetum indulgeret.
- 15 (15) Pari igitur meruit poena percellire vel perdurante insidia cohercere qui vasa V
eius domum nocturna obreptione praeveniens distenta melle furaverat. Custodis de-
ceptione callida fallire potuit, pecus quod rapuerat temerarius non evasit. (16) Ca-
strorum habitacula sublatae apes cum indignatione linquebant, ubique furem non
casto ditantes opere, sed aculeorum saevitia persequentes, quousque latronis detecta
20 confusio sancto quod fraudaverat reddedit et veniam prostratus invenit: sed nec in-
merito pia sacerdotis indulgentia reum non damnabat ex crimine quem ipsa ultrix
praeda turquebat.
- (17) Accedit etiam simile sub hac proditione mysterium. Dum viator quidam VI
iuxta domum eius agendi itineris cupia praeteriret, capiens illius callida fraude io-

1—14 *Fortun. carm. II, 16, 35:*

nam semel ut molles carpserunt palmitis uvas,
non valere gradus inde referre foris,
nec potuit raptor pedibus subducere praedam,
raptori abduxit sed sua praeda pedes.
ergo suis laqueis coepit miser esse ligatus:
venerat ut caperet, captus at ipse fuit;
nec tetigit mustum, sed iniqua mente rotatur:
antea quam biberet, ebria turba iacet.
incepit servare magis quam ferre racemos
et datus est custos qui cupit esse rapax,
donec, sancte, tuis verbis iussisses abire;
ut furtum inpleret, doctus ab hoste redit.

23 — p. 70, l. 12 *Fortun. carm. II, 16, 49:*

Tintinnum rapit alter inops, magis improbus ille,
qui iumentorum colla tenere solet,

1 IV] V M, et sic deinceps ergo] ut add. QP fructu* M mitiscentibus brumis Q,
botri suco P uaricante M, om. P 2 ubertas***, ras. obs M gratiam QP 3 diuersitas M¹
4 blandis operibus bonis M 5 expe**t M temerator inripit (?) Q 6 patentia septa] QP,
patentiā M¹ effrangere] auferre Q 7 ualuit M in posterum] om. Q 8 fructum Q¹,
fructu Q², furto P habetum M¹, abitum M², auditum e+rore aebrius Q¹ 9 fas — amebat]
poterat quod tenebat Q inibi] om. Q 10 occurret Q¹ iam sua Q 11 uinxerat atque
illum mutato Q alium P 12 adenum] M¹, adeo *rell.* rei saeuit (se**uit, ras. lu M)] et Q
13 illo Q 15 percellire] M¹, percell*** Q¹, percelli *rell.* 16 ditata Q furauerat] MQ, fura-
tus erat P cōstodi Q 18 sublatae apes] om. Q relinquebat non furem custodit ante soporem
sed Q 19 ditante sopore M persequens Q² 20 immerita Q¹ 21 ex] in Q ipsa] om. Q
23 VI] V et sic deinceps P 24 itinere Q² capū Q² calida Q¹

vencum. forti scelere tinnibulum collo praeripuit, atque hyatum ipsius inpraessi graminis fraude condemnans, nullius contemplatione depraehensus abscessit, et cum iam se censuit vel criminis evasisse periculum vel sortitum compendia fuisse per furtum, obstaculo nullo serata ipsa dedit praeda tinnitum, cupiens domini reddere praesidio. (18) Quae quamlibet abditis penitralibus studio diligenti locata vel ferrata claustrorum obseratione retrusa maneret, tinnienti ambitu scelus nullo motelante vulgabat, hyatu ingenti vomens, auctorem criminis quaerilla geminante confundens. (19) Tunc latro praeteritis memorans confusa mente periculis, revexit domino territus quod abstulerat, quod etiam pietatis studio non errabat. Ita daemum reddito iurae naturae coepit species inanimata selere nec sonetu se nisi pulsa detegere. (20) Sanctus igitur athleta Christi reato proprio pro delectu confundetur alieno atque ideo mercedem reo pro culpa tribuit, ne inani ambitione tristior remearet.

VII (21) Quadam vice praecelsus Chlothacharius rex in procincto Francorum movens exercitum, cum transisset fluvium, est Sumina cuius vocabulum, omnia quae inveniebant loca praedantes et pecora, pervenientes inter castellum quod fertur Noviomagum et Isara fluvium, quicquid fuit vehiculorum carra vel saumas trahentium pedes adfigentes de loco nullatenus moverunt per triduum. (22) Ad villam sancti Medardi Silentiacum qui dicitur occurrunt viro sanctissimo et data oratione discarecantes quae tulerant laxati pergunt itinera.

VIII (23) Nec illud omittendum est quod miraculum factum est. Cum porcarii sui in glande porcus deducerent et ab iniquis hominibus furto subducti fuissent, divina

absconditque sinu, feno praecludit hiatum
 et tenet ipse manu, ne manifestet opus.
 te veniente, sacer, causas patefecit opertas
 tinnitu incipiens iam quasi furta loqui.
 nil valet abscondi, nil claudi nilve teneri:
 facundo strepitu prodidit omne malum.
 pandebat propriam veluti sub iudice causam,
 nil de fure timens liberiore sono.
 indicat accusat convincit damnat acerbat:
 te praesente tamen non licet esse reum;
 absolvis furem solitae pietatis amore,
 addens et monitus, cautus ut intret iter,
 praeciptions querulam secum portare rapinam,
 ne vacua tristis spe remearet inops.

1 furu Q tinnibulum] M¹Q¹, tintinnabulum M²Q²P, cf. V. Marcelli c. 8 supra p. 52, l. 16
 3 censuit uel] uel eras. Q sorcium Q¹ 4 obstaculo nullo serata (seruata M)] om. Q ipsa] se
 add. Q² praedat in]nitu M¹ cupiens (capiens M¹) — praesidio] quamlibet damnata fuisset obstaculo
 crimen indicat diuino motelante (mutilante Q²) mysterio non humano Q praesidio — 5 penitralibus]
 om. M 5 abditis penitralibus] abscondita paenitralibus tectis et Q ferrea Q 6 muniret Q
 tinnienti] incessanter add. Q nullo motelante] M, fraudas (fraudis Q²) se prodente Q, nullo modolante P
 7 incesti M¹, ingesta euomens Q confudit P 8 praeteritis — periculis (periculis P¹)] noua mysterii
 confusione detectus et ipso accusante furto uulgatus Q reuixit P 9 quod — errabat] dum latere
 non poterat quod caelabat Q etiam] ueniam M errabat] M¹, orabat M², seruabat P coepit]
 captiua Q 10 inanimata — detegere] domino presenta (presente Q²) conticuit, que ablata fideliter re-
 clamauit Q selere] scripsi, scelere M, celare P 11 christi] absque add. P 12 tritbit Q¹
 inani*, ras. m M ambitione] deceptus add. Q remearet] desinit Boscus 13 c. VII et VIII
 om. Q lotharius M², chlotharius P 14 cuius uocabulum est sumna P 16 isaram P
 uehiculorum] cf. V. S. Germani § 65, V. S. Albini § 40 saumas] M, sagmata P, cf. supra p. 12, l. 22
 17 triduum ad nullam. sancti M 18 quae dicitur sellentiacum P sanctissimo uiro P dis-
 carecantes] gall. décharger, cf. Du Cange II, p. 870 20 VIII] om. P quod] per add. P dum P
 21 glandem P

mox virtutem soli de longa regione nullo homine sequente ad sanctum virum reducti sunt.

(24) Nec hoc inter reliqua miranda signa praetereat. Quidam Tosio nomine dae- IX
monii graviter oppraessus infestatione curari meruit expresso viri dei signaculo.

5 (25) Sed cum iam multimodis virtutum fulgeret studiis famaue eius per diversa
orbis spacia gratia crescente praecelleret, | defuncto Veromandensium urbis pontifice X
in eius loco consecrator episcopus. (26) Vbi conversatione caelesti ter quinus anno-
rum curriculis sanctimunia ipsius officii sacerdos extetit praeciosus, et nisi quod per-
cussor corporis defuit, nam martyrium confessor inplevit. Sustenuit iugiter diabulo
10 praeleante calumniam, sed pervenit victor meritis ad coronam. (27) Tunc pontifex
beatissimus membrorum compage protenta longaevitate defessus, spiritum requiem de-
precatu amisit et convexa caeli adleta triumphalis ascendit.

(28) Inter reliquos etiam adseverante ut vidit Wilachado presbitero, quando XI
sanctus Medardus accepit corporis transitum, ipsius horae momento caeli prorsus aperti
15 sunt et ante sancti corpusculum fere per tres horas divina luminaria cunctis videntibus
adsteterunt. Mox in terra grande fluxit diluvium, ita ut plueret multum caleda
aqua de nubilo.

(29) Cuius corporis solemne pignus praecellentissimi Chlothachari principis Fran- XII
corum vel devotione vel tempore Suessionensium urbs tanti muneris praemio detata
20 promeruit. (30) Sed cum omnium populorum fidei solemnis ambitio sacratissima
feretro tradenda sepulturae membra conveheret et unanimitate vel amore gestandi
honus leve sentiret, | tunc obviam habiit sancto damnatis aurium dudum aditibus XIII
surdus quidam occurrens: praeciosi velaminis peplum osculans, psallentium ilico stu-
pens melus audivit et fraudatus sensus usum recipere mundatus fide promeruit.

25 (31) Postquam igitur depositione fidelium maximo decore praefulta eius tumuli urna
exornata surrexit, prolexsum est iterare, quantis se virtutibus quantisque pro dibili-
um

14 Matth. 3, 16.

18 *Greg. Hist. Fr. IV, 19*: Tempore quoque Chlotharii regis sanctus dei Medardus episcopus, consum-
mato boni operis cursu et plenus dierum, sanctitate praecipuus diem obiit. Quem Chlotharius rex cum summo
honore apud Sessionas civitatem sepelivit.

23 *Fortun. carm. II, 16, 67*:

cum pia composito veherentur membra feretro,
substratus meruit caecus habere diem.

1 uirtute P regione M¹ hominum P 3 IX] om. P 5 in qui cum iam redit Q,
c. VII incipit P fulgeret] se publicaret Q que eras. M 6 urbes Q¹ praecelleret] ful-
geret Q ueromandensium urbis] P, ueremendinsium urbis M, in urbe uiromandensium Q ponti-
ficem M 7 locum Q consecrator episcopus] unanimitate perfecta omnium uotis expetitus dignis
meritis eleuatus pontifex consecratur Q quinus] M¹ 8 circulis P sanctimunia] insignia Q
extulit Q 9 diabolus Q¹ 10 praeleante] calumpnante add. P sed peruenit uictor] ut per-
ueniret Q 11 protente M¹, matura Q requie M¹ 12 conuexa (connexa Q¹) caeli] cf. *Verg.*
Aen. IV, 451 ascendit] expetiit Q, desinit I 13 XI] om. P, c. XI om. Q guillachario P, nul-
cario R 16 terram P multum plueret P 18 XII] om. P in cuius redit Q corpus Q
pignus] excipere add. Q lotharii M², chlothoharii Q, chlotharii P princeps M¹ 19 urbis Q
premium Q decata M¹ 20 fides (fidei om. Q) solempni ambitione P gratissima P 21 tra-
denda] om. Q conueherant M¹, deueherent M² gestandi] om. Q 22 leuis M¹ sentirent
M XIII] c. VIII a verbis postquam igitur incipit P tunc et habiit sancto om. Q sc̄i M¹
atrium M¹ audientibus M¹, additibus Q¹ 23 quidem Q¹ psallentium Q, que add. P
24 melius Q, audivit melos P fraudati M²P 25 dispositione M²Q urna] P, morna M,
***** Q, om. B 26 exornata] uel exornatio superscr. Q² narrare P se uirtutibus] serui-
tutibus M¹ quantisuae Q

clamor adtollat emundatione tropies, cui quicquid fuis precibus expetetur incunctanter effectibus obtinetur. (32) Cuius igitur templi pro foribus paraliticus quidam et de-
 posetus et eiectus, quem omnium membrorum debilitas diverso iure discrete damna-
 verat, pristinae incolomitatatis meruit augmenta suscipere et salutis gloriam obtinere,
 ut singulis vigor artubus redditus, confestim suffragante remedio adstarit inlaesus, et
 cuius prius communi nece sermonis adnexa palatu lingua confuderat, virtutem sancti
 antestitis resoluta oris conpage laudabat.

XIV (33) Protenus scilicet saepe palam triumphante misterio, quos iniqua ferrei pon-
 deris retentacula gressibus negatis adstrinxerant, et ad templi oraculum summus an-
 testis veniende praestefit facultatem, et robustam metalli naturam exsuperans, vasta
 conpedum vincla confringit. (34) Multos igitur promiscui sexus, quos membrorum
 debilitas miseranda contraxerat, usibus restitutis, virtus medica indiscrete solvebat.

XV (35) Crebrius etiam oculorum captis lumine purgatis tenebris praesidium contem-
 plationis indulsit et redivivae lucis compendia disertis habitaculis restauravit. (36) Multa
 quoque et innumera virtutum suarum insignia quae diebus singulis ex more con-
 crescunt relatio nostra praeteriit, ut nec laterit silentio magnitudo operis nec diei con-
 summerit spatium tantum prolexitas dictionis. (37) Cuius ergo piam maiestatem fuis
 indesinenter praecibus exoremus, ut clementissimi Theodoberti regis nostri filicitatem
 crebris successibus dilatatum vel in externis gentibus iusto dominandi iure procul ex-
 tensam pro sua pietate longaevet et clementissimi Sigiberthi quondam regis sempi-

8—11 *Fortun. carm. II, 16, 77:*

Compedibus validis alter manicisque ligatus
 mox tetigit templum, ferrea vincla cadunt.
 tam grave fragmentum (dolor est vel cernere poenam),
 pondera tot miseros sustinuisse pedes!

11—12 *Fortun. carm. II, 16, 105:*

Inde vetus mulier, pariter nascente periclo,
 vulnere naturae mortua membra tulit *e. q. s.*

13—14 *Fortun. carm. II, 16, 139:*

Dum iacet alter inops, visu caligine clauso,
 caecus, nec misero lumine lumen erat *e. q. s.*

14—16 *Fortun. carm. II, 16, 159:*

cuncta nec enumero, tua me praeconia vincunt:
 etsi non potui, velle fuisse vide.

20 — *p. 73, l. 4 Fortun. carm. II, 16, 161:*

en tua templa colit nimio (levavit nimium *M*) Sigiberthus amore,
 insistens operi promptus amore tui.
 culmina custodi (requiem praestare *M*) qui templum in culmine duxit,
 protege pro meritis qui tibi tecta dedit.

1 clamor] *om. Q* trophae *Q* cui] *M*, ubi *Q*, a quo *P* precibus fuis *Q* in-
 cunctanter effectibus] *om. Q* 2 huius *P* prae *M* et] *om. QP* 3 electus *M*, lectus *Q*¹
 aduerso *M* discreta (*Q*) 4 recipere *Q* 5 singulos *Q*¹ vigor artubus redditus] ue coram
 stantibus redditus *M* 6 communi nece] *MQB*, communis usum *P* lingua — 7 antestitis] *om. M*
 7 resolata laudabat *Q*¹ 8 XIV] *om. P* saepe] *om. Q* ini*qua, *ras. i M*, iniquo ferri pondere
 retenacula *Q* 9 gessibus *M*¹ adstrinxerat *M*¹ et] *om. P* antestis] *om. Q* 10 ue-
 niens de *M*¹ facultatem prestatet *Q*¹ 11 compendium *Q*¹ unculam *M*¹ confregit *M*²*P*
 multas *M*¹ sexu *M*¹ 12 usibus restitutis] *om. Q* mistica *Q* 13 XV] *om. P* cre-
 brius] plurimis *Q* captos *M*¹ purgatis tenebris] tenebrarum nubae purgata *Q* 14 mira igitur
 et *Q* 16 preterit *Q* silentiū *Q* 17 tantae *M*², tanta *P*, *om. Q* lectionis *Q* huius
*M*²*P* 18 clementissimi — *p. 73, l. 4* tribuat uniuersis] *om. P* theodoberti (t̄ihodoberthi *M*²) regis]
 principes *Q*¹ 19 dilatatum *M*¹ extensa *M*¹ 20 longeu* *Q*¹ et — *p. 73, l. 3* culmine
 regii] ac tempora illi tranquilla multiplicet *Q* sigiberti *M*² regis] animae *add. M*²

ternam requiem praestare dignaretur, quatenus qui templi eius spatia devotus extendens ad excelsa fastigii tigmata sumptuoso decore produxit, eodem intercedente, servato culmine regii deadematis, praetendantur scepra regiae potestatis ac perinde medellam populis pacemque tribuat universis, conferat etiam pro delectorum indulgentia cunctis generale praesidium qui speciale sollemnitatis suae mundo praestitit ornamentum, cui est honor et gloria, laus et imperium per cuncta saecula saeculorum. Amen.

(38) FORTVNATVS praesbiter conposuit haec vita vel actus sancti Medardi.

VITA SANCTI LEOBINI.

10 (1) Igitur beatissimus Leobinus Pictavorum urbis indigena dignis extitit ortus I
parentibus, quibus tantae humilitatis devotione se subdidit, ut in pueritia primaevae
aetatis positus per hoc diceretur meritis approbatus. (2) Hic bonae indolis in ado-
lescentia florens, discendarum amor litterarum eius versabatur in pectore, ut sancti
spiritus gratia quasi caelesti nube circumdatus, dum boves servaret in pascuis, con-
15 tigit ut Noidgelinsem monachum sibi obvium deprecaretur litteras sibi discendas scri-
bere. Qui cum non haberet codicis aut tabularum supplementum, prout potuit apices
in cingulo scripsit. (3) Quod utique praesagium divinae pietatis misterio actum cre-
dimus, ut qui multis erat profuturus ad exemplum castitatis, ipse caelibatus zona
circumdatus candoris instar fragrantis lillii circa renes haberet cingulum litteris in-
20 scriptum veritatis. (4) Postea vero cum pater huiusmodi aviditatem discendi in filio
comperisset, litterarum lineas in tabulis fieri decrevit, cui tantum exinde processit
studium, ut utrumque pariter ageret, videlicet ut et laborationi insisteret et lectioni
operam daret: sic inter colendi instantiam et legendi frequentiam sedulum dividebat
officium. (5) His quippe duobus actibus praefigurabatur, ut per agriculturae opus
25 obedientia strenuus futurus indicaretur monachus et per discendi studium venturus

8 *Fortun. carm. II, 16, 165:*

haec, pie, pauca ferens ego Fortunatus amore
auxilium posco: da mihi vota, precor.

1 dignetur *M*² extendi*s *M*¹ 2 perduxit *M*² 3 regis *M*¹, regalis *M*² 4 tribuit
*M*¹ pro] *M*²*QP* indulgentiae generale *Q*¹ 5 spaciae *M* mundo] *om.* *Q*, hodie *P*
6 cui — 7 amen] *MB*, caelebratur dies natalis eius sexto idōs iunias. regnante dnō nō ihū xpō cui est ho-
nor et gloria in secula saeculorum. amen (explicit uita scī medardi *add. Q*²) *Q*, quae cuncta praeconia sunt
non modo eius qui accepit, ut dignus (accepit indignus *R*) pro nobis suffragator assistat, sed potius sanctae
et inseparabilis trinitatis (trinitas *R*), cui est (eius *R*) honor et potestas, uirtus et imperium, laus et iubi-
latio in omni gente (gente *om. R*), loco et tempore et per infinita saecula saeculorum. amen. explicit (explicit
om. R) *PR* 8 fortunatus — medardi] *solutus M*, ubi sequitur: ITEM VITA SCĪ MEDARDI BPI. Est Fortunati
carm. II, 16, quod contuli, cf. supra p. 72 n.

9 VITA SANCTI LEOBINI] in sepulchro patris nōi leobini psulis scriptū est pridie idus primi m̄sis marci
ipsum sc̄m leobinum migrasse a saeculo. incipit uita scī ac gloriosi p̄sulis leobini, qui carnotis meritis uiuit
P, incipit uita sancti leobini episcopi et confessor, quae est xvii kl octōb *Q* 14 spiculis *Q*¹ 15 di-
scenserat *Q*¹ 16 codicem *Q* 18 caelibatus] est *add. Q* 19 flagrantis *Q* 22 ut et] ut
(*Q*) lectionis *Q*¹ 23 et legendi frequentiam] *om. (P)*

VENANTIVS FORTVNATVS.

10

praepararetur episcopus, per fidelium corda vomere disciplinae exarata saturus divini verbi semina.

- II (6) Nec multo post aliquatenus scientiae praerogativa illustratus in quodam monasterio pie susceptus, coma capitis detonsus efficitur monachus, cui obedientiae humilitate cellarium creditum et temperandarum cursus horarum et vigiliarum diligentia 5 committitur. Qua occupatione detentus, per diem se lectioni vacare non posse comperiens, declinantibus ad dormiendum monachis pernoctabat intente, ut disceret normam iustitiae. (7) Qui cum assiduitatem lectionis fratribus novisset onerosam, nolens eorum murmur verti in tumultum fenestrae quae oculis fratrum patula erat velum opposuit, ut lumen eis redderet suboscuro et ipse lectionis caperet incrementum. 10
- III (8) Quidam autem diaconus illustris nomine Nileffus cognoscens eum velle adire beatum Avitum, qui tunc temporis heremita morabatur in Pertico et erat abbas de Miciacensi loco qui est situs inter Ligerim et Ligericum, dulci affatu ipsum alloquitur dicens: Agnosco, frater, de minimis ad maiora te velle conscendere, sed quae tibi in incepto sanctae institutionis proposito proficiant tribus rebus te instruere curabo: 15 id est nulli episcoporum te obsequi obliges, quia inter malos bonus multos invenies detractores. (9) Aliud moneo, ne quorumcumque hominum basilicam regere aut petitor ambias aut expetitus adquiescas, ne inter diversos mores aut rigorem monachi perdas, aut si blandimentis non consentias, detrahentes tamen vix sufferas. (10) Tertium praemoneo, ne parvae te socies cellulae, quia dum singuli praeponere sibi cupiunt, nulli obedientia ministratur. 20
- IV (11) Post octo itaque annos in illa cella monastice conversatus beatissimi Aviti praesentiam se obtulit expetendam, qui cum ab eo responsum accepisset, ut post eruditionem quam in congregatione monachorum percepturus erat ad ipsum reverteretur, inde recedens cum quodam diacono qui in monasterio aliquandiu conversatus fuerat 25 Ligeris littora coepit peragrare, perveniensque ad praedictum Miciacense monasterium, regulariter susceptus, ibidem longo tempore conversatus est et se in eo loco alligare noluit, sed volens Lirinum pervenire, quendam fratrem Lirinensem reperit dicentem se non posse illic temperie incommoditatem vix ferre. Quo dicto ab itinere quod coeperat revocatur. (12) Deinde Gavalensem expetens urbem, cum a beatissimo Hilario eiusdem urbis antistite sacerdotaliter fuisset susceptus et aliquantisper cum eo commoratus, coepit conqueri praedictus frater non aptum sibi locum esse ad habitandum. (13) Vnde cum inter se eosdem fratres altercantes beatus Hilarius animadvertisset, coepit hortari illum vagum fratrem, ne a comitatu beati Leobini discederet, ne forte obedientiae gratiam recedendo perderet, quam hactenus illum sequendo ad- 35 eptus fuisset. (14) Inde vero recedentes audientesque beati Lupi famam longe lateque crebrescere, ad eum se humiliter contulerunt. Cumque modico tempore cum eo morati fuissent, hortatur praedictus frater utpote instabilis et vagus inde beatum

13 *Charta Chlodovechi (M. G. DD. I, p. 3)*: Miciacum concedimus et quicquid est fisci nostri intra fluminum alveos — sive infra sive extra Ligerim et Ligerinum.

1 praeparetur Q ¹	3 scientia P	7 monachis pernoctabat Q	8 dum Q	volens Q
10 carperet intellectum P	11 Nileffus] carileffus <i>coni. Labbe</i>	uelle] <i>om. Q</i>	12 auitum] <i>cf. Greg. Tur. Gl. Conf. c. 97</i>	
<i>superscr. Q²</i>	13 situs est Q	ligeritum Q	dulci — 14 dicens] <i>om. Q</i> , ait illi	
16 malos] P, bonos (Q)	17 moneo ne] P, ne Q ¹ , moneo <i>corr. Q¹</i>	19 blandimentis Q ¹	sufferos Q ¹	20 praeponere] <i>om. Q</i>
27 longo tempore ibidem Q	eodem Q	29 uix] <i>om. P</i>	30 hylario P, ut	
32 praedictus] <i>om. (P)</i>	esse] <i>om. Q</i>	33 hilarius] <i>om. Q</i>	34 illum] <i>enim Q</i>	
fratrem] <i>om. Q</i>	a] PQ ²	36 que] <i>om. Q</i>	37 cum eo morati tempore Q	

Leobinum discedere. (15) Nolens itaque vir sanctus huiusmodi persuasionibus ad-
quiescere, fortiter resistens et tam vagum fratrem in suo comitatu habere contemnens,
continuato quinquennio in eodem commoratus est coenobio.

(16) Interea dum Francorum dura ferocitas contra Burgundiones bella concitaret V
et eiusdem cellae monachi eorum metu huc illucque diffugerent, praedictus sanctus
cum altero sene illic remansit intrepidus. Interpellatus ergo ille alter senex a bar-
baris, ut res monasterii totas panderet, respondit beatum Leobinum omnes easdem
res scire, se autem ab earum cognitione alienum esse. (17) Hac ergo excusatione
illo priore sene ab inquisitione liberato, coeperunt praedicti barbari hominem dei
10 molliter alloqui, ut si quid ex eisdem rebus nosset praesentialiter panderet. Qui cum
per eum suis blandimentis nihil possent ex his quae quaerebant investigare, multi-
moda poenarum genera excogitantes apponere temptant. (18) Nam frontem eius cordis
fortiter circumdantes et pedes fustibus adstringentes et saepe eum in gurgitem
submergentes, sicut nec blanditiis ita nec tormentis ab eo aliquid extorquere potuerunt.
15 Sanctus vero Leobinus inter utrumque constanter perdurans maluit ferre supplicia
iniquorum quam revelare secreta monachorum.

(19) His nempe suppliciis miserabiliter afflicto, licet semivivus divina tamen VI
suffragante ope ereptus, decrevit cum duobus fratribus Eufonio et Rustico adire ite-
rum sanctum Avitum in vasta Pertici solitudine commorantem, quos ille fraterna cari-
tate suscipiens et illos duos fratres praedictos per congrua sibi officia disponens, ut
20 cognovit beati viri mentem caelesti bonitate uberius enitescere, eum cellarii praefecit
officio. (20) In cuius ministerii dispensatione ita se reddidit providum, ut nec petenti
aliquid daret superfluum nec indigenti congruum subtraheret alimentum. Adeo nam-
que beatus Avitus eius obsequium sibi conspexerat gratum, ut suae fragilitatis corpus
25 ieiunio maceratum et senio adtenuatum nullo tandem alimento reficeret nisi quod
beatus Leobinus sua industria praeparasset.

(21) Factum est autem, ut cum dominus beati Aviti solitarium laborem caelesti VII
mercede remunerans terrenis exemptum impedimentis in collegio sanctorum suorum
connumeratum haberet, sanctus Leobinus cum praedictis duobus fratribus in loco qui
30 vocatur Carbonariae decrevit consistere. Et cum aliquandiu in tribus cellulis a se
conditis certatim divinum explerent officium, discedentibus duobus, labore manuum
suarum per quinquennium aquae tantum poculo et sobrio ibidem pastus est cibo.
(22) Cum autem aestivo tempore proventus fructuum instaret et maturaе segetes tritae
horreis recondi deberent, subita aeris oborta tempestas ita silvarum frangebat cacu-
35 mina et messes sternebat in terram, ut in stragem penitus viderentur redigi. (23) Com-
motus ergo vir dei tantae incommoditatis periculo, contra huiusmodi nimbi tempestatem
caelestibus armis orationibus videlicet se inarmans, oleum sacrae benedictionis ob-
ponens non solum fulgora et tonitrua tempestatem concitantia fecit conquiescere et in
pristinam tranquillitatem aeris quassationem redire, sed insuper quicquid cellae in

18—26 = V. Aviti Miciac. III, 19 (AA. SS. 17. Iun. III, p. 357).

27—29 ad haberet = V. Aviti IV, 23 (l. l. p. 358), sequitur beatus, infra p. 77, l. 34.

4 burgundiones Q 6 inpellatus Q ille] om. Q 7 totius Q 10 praesentialiter Q¹
11 blandimentis, infra blanditiis Q 12 opponere Q cordis frontem eius Q 15 constanter]
firmiter Q 18 eufornio Q 19 sollicitudine Q 20 recipiens (Q) 21 bonitate] voluntate Q
eum — 23 alimentum] eum intimi amoris desiderio cepit V. Aviti 27 solitarium] om. Q 28 exuo-
tis Q¹, exutum Q² suorum sanctorum Q 29 sanctus] beatus (Q) 34 horres Q¹ 38 tem-
pestantem Q¹

- stipendiis debebatur sub integritate conferri. (24) Illius miraculi spectaculum a beato viro patratum ad laudem dei est memoria retinendum.
- VIII (25) Dum beatus Etherius episcopus beatum Leobinum Braiaco ut sibi occurreret convocaret, contigit ut vicina illius cellae quicquid obvium edax ignis invenerat ex-
 urendum nihil parceret relinquendum. (26) Sed cum monachi tanti vaporem incendii 5
 nequaquam iniectis aquis possent reprimere, sed ut videbatur potius ignem eis vide-
 rentur accendere, vir dei Leobinus orationibus et lacrimis valentioribus aquis flamma-
 rum globos nomine Christi invocato penitus consopire fecit.
- IX (27) Nec minus et illius miraculi insigne praeconium memoriae est commendandum. 10
 Cum per idem tempus praefatus Etherius episcopus beati viri Leobini perspicuens sancti-
 tatem ad diaconatus officium proveheret et fratribus Braiacensis monasterii praeponeret,
 dignum duxit, ut praefecturae officium commodius ageret, si ad presbiterii onus eum
 ordinabiliter sublimaret. (28) Postmodum cum flamma rabidi ignis silvas et campos
 exurens ad monasterium segetes exurendo venisset et monachi eius metu a mensa 15
 surrexissent, vir sanctus in oratione ante incendium prostratus apud caeli deum im-
 petrare meruit, ut omnis illius ignis rabies oppressa consopiretur et pristina temperies
 aeris reddita blandiretur.
- X (29) Inseratur huic operi illud caeleste miraculum, quod dominus patrare dignatus
 est per beatum Leobinum. Quodam tempore duo energumeni, in quibus tanta vis
 daemonum praevaluerat, ut saepe vincula et catenas comminuerent, occurrentes bea- 20
 tissimo viro sospitatis remedium sibi humiliter largiri poposcerunt. (30) Sanctus ita-
 que vir a fratribus cohortatus impendere gratiam medelae daemónico furore agitatis,
 pietate commotus opposito crucis signaculo et daemonium ab eis expulit et pristinae
 sanitatis incolumitati efficaciter restituit. (31) Nec multo post tempore dum longe a
 cellula absens esset et ad monasterium ubi paucae puellae morabantur compendioso 25
 itinere declinaret, benigne exceptus est ab illis. (32) Denique post humanitatis offi-
 cium quod ei libentissime exhibuerunt intempestae noctis silentio una de puellarum
 collegio incentive impulsa petulantiae aestu nefario pedibus sancti iacentis sub lecti
 operimento dentibus dolosum intulit morsum, qui sentiens se huiusmodi morsu at-
 trectatum cum percussione pectoris et ingenti gemitu illam pedibus suis repulit morti- 30
 ferum instillantem venenum et servata omni corporis integritate laqueos mulieris sine
 damno evasit stropho pudicitiae praecinctus.
- XI (33) Ab hac itaque temptatione deo se protegente ereptus, contigit ut ipse qui
 aliorum infirmitatibus extiterat medicus cancri vulnere pereuteretur in naribus, qui dum
 monachorum precibus rogaretur, ut sibi humano quolibet studio mederetur, ipse ae- 35
 terno fidens in medico qui solo verbo curat omnia ceram benedictam per annos fere
 duodecim eiusdem morbi imposuit tabo, ut virtus per divinam gratiam augmentum
 caperet in infirmitate. (34) Vnde semper in dei servitio permanens et in omnibus
 deo gratias agens sine aliquo humano suffragante auxilio postea narium meruit reci-
 pere sanitatem. 40
- XII (35) Proferatur in medium et illud stupendum gestae rei miraculum, quod omni-
 bus prodesse poterit ad fidei incrementum. Quidam ex monachis vocabulo Tyrannus
 crudelis quidem antiteto nomine sed praeclarus virtute dum esset quadam nocte solli-

42 — p. 77, l. 13 = V. Aviti IV, 23 (AA. SS. 17. Jun. III, p. 359).

3 leobinum] om. Q braiat P 4 ouium P euenerat Q¹ 5 dum P 8 penitus]
 om. Q 10 epō Q¹, epōs Q² prospiciens (P) 11 proponeret Q 13 rapidi Q
 15 prostratus ante incendium Q dominum Q 16 compressa Q 18—40 c. X. XI. om. Q
 43 antiteto] om. V. Aviti praeclarus] actibus atque add. V. Aviti nocte] in oratione add. V. Aviti

citus pervigil, vox ei directa est, quod tactum iam sonuisset signum. (36) Hac itaque voce commonitus surgit continuo et ingressus basilicam splendore diffusi luminis radiantem, in qua conspicua claritate prospicit duos egregios forma viros, sanctum videlicet Leobinum et alterum nomine sibi incognitum, ex quorum visu nimio pavore perterritus fugam iniit seseque in sua cella abscondit. (37) Sed dum ad signi boatum in praefatam basilicam ad matutinos se intulisset hymnos, expleta orationis consuetudine praelocutus Tyrannus cautus et devotus pergit ad domnum Leobinum, obsecrans ut sibi indicaret quae esset illa persona quam in basilica una cum eo intuitus esset. (38) Agnoscens itaque vir dei fratrem fuisse dignum tantae visionis miraculo ait: Frater, eum fuisses oratorium ingressus et duos pariter vidisses viros, me ut audio cognovisti, alter vero tibi incognitus sed micante splendore candidus ipse est beatus Avitus me visitando dignatus corripere et admonere, qualiter debeam quandam fratrem pro suis excessibus corrigere. (39) Merito namque caeleste lumen super sanctum virum radiabat, quia licet in terra corpore mente tamen in caelis conversatur iuxta illud apostoli: *Nostra autem conversatio in caelis est.* Vnde visitationem meruit habere et consolationem, in cuius si quidem corde et ore per divinorum eloquia mandatorum lux caelestis gratiae iugiter ac ineffabiliter rutilabat.

(40) Non multo post tempore a beato Etherio pontifice ei iniunctum est, ut causa XIII proficiendi in melius sanctum Caesarium Arelatensem episcopum inquirere et adire deberet intrepidus. (41) Ad quem cum pervenisset sanctus Leobinus pariterque cum eo beatus Albinus, qui comes eius itineris fuerat, requisitus a beato Caesario, cur tanti itineris laborem assumpsisset, respondit beatus Albinus se tantummodo sui desiderii causa venisse, beatum vero Leobinum derelictis fratribus quibus praepositus fuerat Lirino properaturum, ubi fratribus eiusdem monasterii derelictis Lirino foret subiciendus, accedens ibi omnibus fratribus desideraret esse subiectus. (42) Tunc sanctus Caesarius corripens eum, ut celeriter reverteretur, ait: Vide, frater, ne fratres te absente vim regulae frangant et quasi oves sine pastore in direptionem veniant, quia si hoc contigerit, tuae reputabitur culpa et omnis eorum iniquitas in tuum redundabit caput. (43) Hac ergo trementi admonitione prosternatus ad regendos praedictos fratres quantotius ad propriam revertitur cellam. Comperiens autem eosdem fratres nihil in se habere invidium, nihil maledictioni aut obretractioni obnoxium, omnes aequaliter diligens omnes hilariter intuens deo omnipotenti immensas retulit gratias, qui eos ad tantae unanimatis concordiam perduxit.

(44) Interea beatus Etherius Carnotensis urbis episcopus vitae suae cursu XIV summato migravit ad dominum, cumque de successore eius varia esset inquisitio, rex caeli dominus in cuius manu cor regum est Childeberti regis cor ita sua inspiratione inflexit, ut de beato Leobino monacho pontificem in successorem eligendo regale daret

15 Philipp. 3, 20. 27 Matth. 9, 36. 36 Prov. 21, 1.

34 a beatus — p. 78, l. 1 = V. Aviti IV, 23 (AA. SS. 17. Jun. III, p. 358).

1 tactum] ecclesiae add. V. Aviti 2 basilicam] templum beatae dei genetricis mariae V. Aviti
4 nomine] om. Q terrore Q 5 seseque] rapido cursu add. V. Aviti suā cellā Q bea-
tum? P, tactum V. Aviti 7 tyrannus Q obsecrans] deprecans V. Aviti 8 unā Q 9 tanta
tae visionis miraculo] tanti secreti mysterium videre V. Aviti 10 oratorium] domum orationis V. Aviti
13 corrigere] dstringere et populum mihi creditum ab insidiis antiqui hostis liberare V. Aviti 14 con-
uersabatur in caelis Q 19 inquirere] om. Q 20 debet Q sanctus] beatus Q 24 eius-
dem] om. Q 25 ubi Q 28 reputabatur Q¹ 31 maledictionis et detractionis Q 33 red-
didit Q 34 etherius semper V. Aviti carnotensium episcopus Q 35 dominum] χpm Q
inquisitio] electio V. Aviti 36 manus Q hildeberti P ita] om. Q

decretum. (45) Vniuersi namque qui aderant beatum Leobinum non solum a rege sed a deo esse electum alacri corde laetantes consono ore et concordi voto conclamare coeperunt eum cathedra episcopali in successione affore dignum. (46) In hac ergo electione cum uniuersus consentiret populus, quod non absque livore inuidiae actum esse credimus, quidam episcoporum coeperunt resistere et contradicere eius ordinationi, eo quod modica pars naris quondam incumbente cancri aegritudine mutilata videretur. Sed voce omnium unanimiter conclamantium oppressa inuidiae illatione et penitus frustrata, vir sanctus secundum dei dispensationem et populi electionem ordinandus decernitur.

XV (47) Interea quidam illorum scientes beatum Leobinum ad episcopatus non velle conscendere dignitatem, consilio inuito miserunt ad eum, ut aliquem de suis monachum pontificali infula dignum eis transmitteret ordinandum. (48) At ille libenter confestim eorum dictis obtemperans deputat unum ex suis discipulis tantae ordinationi invehendum, instruens et docens, qualiter se in regimine agere deberet et in sanctitatis apice exhibere. Sed frater nolens solus sine abbatis sui praesentia illi concilio properare, obnixè postulavit eum, ut cum ipso illuc pariter pergeret. (49) Surgens igitur senex profectus est simul et peruenit Carnotis, quemadmodum ab eo fuerat deprecatus. Qui cum in quadam mansione hospitaretur et vidisset nocte in somnis pavementum nucibus stratum, divina ut credimus iussione ei iniunctum est, quatenus emundatis testis nucleum sibi nitidum reservaret. (50) Transacto igitur noctis tempore, cum in crastinum vellet offerre monachum, ut ab eo postulatum fuerat, episcopum ordinandum et populi consensus non esse decerneret recipiendum, regis edictum ilico in medium est prolatum et inde recitatum, quod ad regis imperium et totius populi votum Leobinum oporteret episcopum ordinandum. (51) Ipse vero renuens et indignum se iudicans tanti regiminis suscipere curam, ad pedes episcoporum porrectus extenditur, excusationem opponens illud quod imponebant nec implere posse nec perficere opus. (52) Sed reluctantibus omnibus atque eius excusationi non adquiescentibus, somnium quod viderat congrua interpretatione conicitur, scilicet quod per nucleum a suis testis emundatum populus esset ab eo regendus, qui deposita omni austeritatis rigiditate quandoque esset suo regimine corrigendus nectareoque sui dogmatis pabulo nutriendus. (53) Exinde sine mora plaudentibus populis ac deo in excelsis maximas referentibus odas, Leobinus quem votis omnibus postulabant Carnotinae urbis ecclesiae ordinatus praeficitur episcopus et contra callida antiqui hostis machinamenta constituitur pastor egregius. (54) Qui postea rigorem sui propositi indeficienter servans sine pompae ostentatione monachum se ut ante fuerat in suo proposito perseverabilem demonstrabat.

XVI (55) Suscepta igitur pontificali reverentia qualiter quantumve se gesserit in lege mandatorum dei, verborum affluentia non facile est disserendum. (56) Erat enim vir apostolicus, splendidissima veluti ardens in domo domini lucerna, sermone nitidus, dogmate facundissimus, praedicatione egregius, mente serenus, mira patientia benignus, parsimoniae studiis semper intentus, misericordiae operibus devotissimus, angelicae quoque castitatis candore super nivem dealbatus omniumque virtutum copia ditatus et euprepia decoratus vita. Et ut probaretur esse dei amicus, fidelis quoque servus et prudens, sequentia reserabunt miracula.

3 ergo] *om. P* 4 confiteretur *Q* inuidiae liuore *Q* 8 secundum] *bis scr. Q*
 11 ascendere *Q* 13 ex] de *Q* 15 consilio properari *Q* 17 ab eo] *om. (Q)* 18 dum] *(P)*
 19 quatenus] *om. Q* 20 tempore noctis *Q* 22 prolatum est in medium *Q* 24 episcopum]
om. Q 25 porrectus] *om. Q* extenditur] et *add. P* 27 quiescentibus *Q* 28 per] *om. Q*
 testibus *Q* 29 eo] esset *repet. Q* qui — 30 corrigendus] *om. Q* 31 dñi *Q* 32 carno-
 tanę *P* 33 callidi *P* 35 per se venerabilem *Q*¹ 38 in domo ardens lucerna *Q* 40 spar-
 simoniae *Q* 42 uita] *om. Q* seruus] *om. Q*

- (57) Quodam itaque tempore cum idem beatus vir Leobinus ex more pontificum XVII
parroechias suas circumeundo visitaret et Avallocium pervenisset, quidam caecus ab
annis octo caecitate obtenebratus ut cognovit virum sanctum per illum locum habere
transitum, humiliter petiit, ut per crucis signaculum se redderet illuminatum. (58) Quod
5 vir sanctus aliquandiu recusans, timens ne virtutem operando aliquid arrogantiae vi-
deretur assumere ex episcopali ministerio, dum caute vult transire, tandem a suis
compulsus est, ut opem medelae aerumnis caeci clementer impenderet. (59) Qui sta-
tim precibus devote peractis, cum signaculo crucis excutiens caecitatis caliginem pri-
stino extinctum reparavit lumine vultum, quo caecus fuerat antea alienatus.
- 10 (60) Adiciatur etiam huic honesto operi illud nobile miraculum, quo vir sanctus XVIII
medens sanavit hydropticum. Dum gloriosissimus rex Childebertus beatum Leobinum
episcopum Rotoialo speraret ad se venturum et in ipso itinere accederet Avallo-
vico, oblatus est quidam hydropticus nimis tensus visceribus, sanitati restituendus. (61) Quod
cum pontifex pro obtrectantibus recusaret sospitati restituere, suorum precibus pulsatus,
15 signo crucis opposito omnis tumor ydropici fugatus resedit, viscerum dolor penitus
recessit et cutis tumore deposito in planitiem redacta est, aegroto a mortis periculo
liberato.
- (62) Inseratur in pagina, qualiter per sanctum virum evanuerunt incendia. Quo XIX
dam tempore dum beatus Leobinus cum Medeveo consacerdote a saepe dicto rege
20 Parisius fuisset invitatus et dies paschae vice pontificis illius loci defuncti episcopaliter
transegisset, a parte basilicae beati Laurentii noctu edax ignis exiliens domos pen-
dulas quae per pontem constructae erant exurere coepit et non solum ex vicino fluvio
incessanter aqua superfusa non adquevit, sed etiam civitati proximus civibus ut uni-
versa consumeret magnum timorem incussit. (63) Vt autem rex ob clamorem populi
25 expergefactus, sopore quietis abrupto, causam tumultus agnosceret, confestim ad bea-
tum Leobinum dirigit missum, ut celerrime veniens civitati succurreret. (64) Sed dum
multis hortantibus, ut ante eum iret locum, quo magnum flagrabat incendium, ait:
Viri fratres, illic occurrendum est nobis, unde contra flammae globum divinum po-
tius quam humanum impleretur auxilium. (65) Qui cum pergeret ad ecclesiam et in
30 terram prostratus divinum efflagitaret suffragium, fretus oratione una cum consacer-
dote ad ignem properavit impiger. Moxque ignis compressus eius oratione in semet
ipso deficit et vires quas incendendo aedificia assumpserat obliviscitur et ita flamma
eius interventu consumitur, ut in semet ipsa mortua penitus consopiretur.
- (66) Nec illud silentio praetereundum est miraculum, quod nobiliter virtutibus XX
35 floret egregium. Quaedam deo devota ex monasterio puellarum cum tunicam domni
Leobini causa consuendi accepisset et de novo filo resarciens refecisset, vetus filum
ex ea accipiens ad suam zonam ex fide alligavit. Soror vero eius saecularis, quae
pavore concussa ad eam confugerat, diluculo consurgens cinxit zonam sororis, cui in-
erat filum pontificis alligatum. (67) Tum daemon, a quo antea arrepta fuerat, sen-
40 tiens circa puellam aliquid magnum diu ferre non posse, acrius eam vexare incipiens
clamavit per os puellae tunicam domni Leobini velut ignem ferre non posse. Cum
hac itaque vociferatione daemon egrediens, puella tristes foetores eius cum sanguine
pariter evomuit. (68) Hoc quippe miraculum non illo videtur inferius quod in muliere

43 Matth. 9, 20.

1—17 c. XVII. XVIII. om. Q 12 auallouico] cf. Longnon, Géographie p. 325 19 medeueo]
cf. conc. Aurel. V, Conc. Gall. coll. ed. Maur. I, p. 1043 sacerdote Q 23 quienit Q 26 gres-
sum Q 28 nobis est Q 30 suffragium] auxillum Q fretus] in add. Q sacerdote (Q)
31 mox ignis eius oratione compressus Q 34 — p. 80, l. 33 c. XX—XXIII. om. Q

emorosa a domino constat patratum, quia sicut illa ex tactu fimbriae sanata est a profluvio sanguinis, ita et ista ex tactu fili erepta est a vexatione daemonis. Illa autem liberata tam a laqueis inimici quam a curis saeculi devovit se omnibus diebus servitutam domino, coniuncta sorori in eodem coenobio.

- XXI (69) Inter reliqua virtutum miracula illud inserere mirificum est quod in fugandis 5 infirmitatibus constat celeberrimum. Nam si quis typo cotidianae, tertianae vel quartanae febris correptus de palliolo sancti viri fuisset praecinctus, pristina incolumitate recepta ad hospitium revertebatur sanus. Et ita divina gratia salus concessa manabat de tegmine pontificis, quanta quondam profluxerat de tegmine redemptoris.
- XXII (70) Adiciatur in pagina quod vir sanctus obtinuit in vita. Dum cuiusdam Car- 10 notensis civis domus in suburbio civitatis posita daemonica infestatione saepius lapidum imbre quateretur, ita ut vicini propter densitatem crepantium petrarum parata relinquentes convivia domos suas effugerent, exortati sunt a dei famulo, ut aquam a se benedictam cum crucis signaculo illuc porrigerent conspergendam. ubi daemonicae illusionis maximum instabat ridiculum. (71) Quo facto hostis effugit territus et do- 15 minus aedis cum eadem domo securus mansit et intrepidus.
- XXIII (72) Illud etiam peculiare miraculum nobis est ad memoriam reducendum, quo vir sanctus Leobinus illustris episcopus refulsit in populo. Quidam beatus vir nomine Caletricus nobilis genere sed nobilior meritis post excessum beati Leobini Carnotis constitutus episcopus dum in presbiterii gradu se tam in conspectu dei quam in ocu- 20 lis hominum sancta conversatione redderet gratum, tanta infirmitatis angustia est correptus, ut vix ultimo palpiteret anhelitu. (73) Cuius venerabilis germana nomine Mallegundis directis velociter missis ad sanctum episcopum, ut ad levandam fratris sui infirmitatem benedictum dirigeret oleum. Ipse vero cum oleo praesentabiliter ve- 25 niens silentium ab omnibus postulavit dicens: Domine qui omnia nosti, si hunc fa- mulum tuum ecclesiae tuae vel populo iudicas necessarium, tua opitulante virtute, restitue sanum. (74) Tunc ille aeger statim ut sacrae unctionis oleo est perunctus, tantae sanitatis gratiae est restitutus ac si nullius infirmitatis molestia nunquam eius membra fuissent adtacta. (75) Ad comprobendam autem sancti viri virtutem residua olei pars in tantam constat pulchritudinis claritatem conversa, ut cunctis qui aderant 30 non olei nitor sed christalli videretur clarescere splendor, nimirum illud praefigurans, ut qui futurus erat episcopus per ministerium episcopale oleum consecrationis sanctificaret et divinis virtutibus per caelestem gratiam splenderet.
- XXIV (76) Operae pretium est et illud insigne miraculum huic operi inserere quod vir sanctus quamvis nesciens peregit in corpore. Quodam tempore dum memoratus epi- 35 scopus parroeciam Dunensis pagi cum suis pergeret visitandam, filia unica cuiusdam ex parroechianis nomine Baudolevi genere et opibus inlustris viri ita vi febrium et longa aegritudine tenebatur adstricta, ut iam sepultura praepararetur cum exequiarum pompa. (77) Hic audiens sanctum Leobinum ex proximo venientem concito gradu eius praesentatur conspectui, petens ab eo suam benedici domum et tam sibi quam 40 suis omnibus eulogias dari. (78) Sanctus itaque Leobinus mature consurgens, ad memoratum Baudolevum ut sponderat perveniens, dum ingrederetur domum, eius puella ea qua gravabatur infirmitate in lecto efficitur mortua. Nulli enim fideli constat dubium, ut per resurrectionem puellae a mortuis nomen sancti antistitis clarificaretur in populis. (79) Praefatus namque vir Baudolevus volens se in conspectu pon- 45

3 tam] *om. P* 11 demonaca *P* 16 domo] *om. P* 17 opitulare (*P*) 19 calericus *P*¹,
 caletricus *P*²: *Chalacterici epitaphium v. Fort. Opp. I, p. 83* 23 leuiandam (*P*) 34 operi] ordini (*Q*)
 35 pergit *Q*¹ 36 dunensi *P* unica] *om. Q* 38 infirmitate teneretur *Q* 39 hec *Q*
 40 suam] *om. Q* 43 ea] illa *Q* constat] esse *add. Q* 44 clarificatur (*Q*)

tificis hilariter continere, sub adtestatione omni domui suae praecepit mortem defuncti cuiquam nullo modo pandere, sed quia sine dolore nemo amittit quod cum amore possidet, diu celare non potuit, quia interior dolor cordis patefecit exteriorem tristitiam corporis. (80) Vt autem sanctus dei maestam illius domus conspexit familiam, tristitia correptus et ipse ab apparatu prandii aliquatenus se suspendens, basilicae templum ingressus ac pavimento corpore prostratus cum lacrimis dominum deprecatus est, ut tristitiae causam qua maerens domus anxiabatur sibi ostendere dignaretur. Oratione expleta ut senex surrexit de pulvere, puella exanimis surrexit de morte. (81) Tunc iam dictus Baudolevus admirans tantae virtutis excellentiam, cum omni domus suae familia pedibus sancti prostratus omnia quae facta fuerant humiliter indicavit, unde et immensas ei gratias a luctu in laetitiam retulit.

(82) Dicatur et illud mirificum quod sanctus dei iam infirmitate detentus patravit miraculum. Hac itaque cum urgeretur infirmitate, duo pueruli hostis vexatione agitati, eius vestigiis se prosternentes cibum qui sibi post esum remanserat cum benedictione percipere meruerunt. Quo curante medicamine uterque rediit incolumis ad propria. (83) Cumque beatus Leobinus per septem annos continuata infirmitate agitaretur divinis actibus in caelum intentus et miraculorum honoratus insignibus, quasi sopore dormiens, praemiis remunerandus opimis, ut fidelis servus talentum sibi creditum duplicatum reportans, in gaudium domini sui intraturus angelis plaudentibus feliciter migravit ad caelos.

(84) Qui tamen antequam sepulturae traderetur, quantae virtutis fuerit vivus, prodidit mortuus. Denique cum in basilicam sancti Martini in feretro positus portaretur humanus, quidam de circumstantibus dum virga gestatoria frequentiam populi irrupentis prohiberet, contigit ut crucem cum lampadibus oleo plenis pendentem ad terram prosterneret. (85) Mox ipsa crux, mirabile dictu! funiculo unde ceciderat cum omni integritate lampadarum et sine olei detrimento nemine sublevante sese innexuit et permanere in oculis omnium ut ante consueverat coepit, et ubi credebantur lampades minutatim confracctae, sua integritate solidae nec ullam olei guttam permiserunt distillare. Sic beatissimi viri corpus ad laudem gloriae suae emicuit virtute crucis in funere.

(86) O gloriosissimum virum, cuius merita adeo valuerunt apud crucifixum, ut crux quae ceciderat in terram sine ullius adminiculo ad locum unde ruerat revertetur illaesa! O venerabilem Christi pontificem custodia angelorum iugiter munitum, cuius virtute nec olei liquor damnum nec ulla illarum confractionis sustineret detrimentum! (87) Vere etenim illius gaudens anima gloriatur felicitate aeterna habens lampadem sanctam inextinguibilem lucernam, quia sine laudis humanae pompa eius manus nunquam cessavit ab opere misericordiae, quod indicatur huiusmodi liquore. Illius potentia haec edita sunt miracula qui per crucis tropheum a morte perpetua redemit genus humanum et a peccatis mundatum dedit conscendere caelum. (88) Et quoniam gloriosissimi antistitis Leobini praeclara miraculorum praeconia ob venerandam annua devotione memoriam narravimus recolendam, de innumerabilibus videlicet

18 Matth. 25, 20.

1 continere hilariter Q defuncti] PQ 3 interiorem P 5 aliquatenus] om. Q
 7 qua maerens] P, querens Q¹, quare Q² 8 resurrexit de morte Q 13 pueri Q 20 feliciter]
 om. Q 22 martyni Q 23 uirgam gestatoriā Q irrupentis populi (Q) 24 ad terram
 pendentem Q 29 suae gloriae (Q) 31 adeo merita Q 32 illius Q 34 sustinere Q¹,
 sustinere Q² 35 animas Q¹ 36 inextinguibilem lucernam] cum inextinguibili lucerna Q
 38 edicta Q 39 genus redemit (Q) 40 antistitis] om. Q

VENANTIVS FORTVNATIVS.

11

pauca, summissis precibus tanti patroni imploremus sanctitatem, ut qui eum fecit coruscare miraculis nos faciat exuberare operibus bonis concedatque nobis praesentis vitae cursum sine offensa transeurrere continuamque pacis tranquillitatem obtinere et in futuro saeculo ad eius consortium feliciter pervenire, qui in trinitate perfecta vivit et gloriatur deus per cuncta saecula saeculorum. Amen. 5

PROLOGVS GREGORII.

(1) SANCTISSIMO SANCTAE PARISIORVM MATRIS ECCLESIAE PRAESVLVM DOMINO GERMANO GREGORIVS TVRONICAE METROPOLIS HVMLIS EPISCOPVS SALVTEM. Petistis sane, uti vitas et miracula quae dominus per beatum Maurilium atque Albinum Andecavorum antistites operari dignatus est, quas Fortunatus presbiter luculento sermone 10 descripserat, scriptorum vitiis iam paene depravatas nostrae auctoritatis peritia corrigemus vestraeque devotioni, qui priorum exemplis proficere cupitis, misissemus. (2) Sed nos recolentes, si id egerimus, perfidorum nos latratibus atque morsibus, qui doctrinam quaerere nesciunt sed invidere, dilaniari, duplicis taedii merore concutimur, dum et vestris non parere iussionibus ipsisque displicere metuimus. Fisi tamen omni- 15 potentis promissionibus, qui per prophetam suum loquens innotuit, quia *qui seminant in lacrimis metent in gaudiis*, vestrae satisfaciam voluntati. (3) Scimus namque, quia si quae digna sunt imitari et alteri possunt saeculo prodesse, sanctissimorum Christi confessorum vitas atque virtutes stilo quis digesserit correxeritque vel rustico, et sibi mercedem et imitari volentibus conferet adusque salutem. (4) Permaximas igitur pre- 20 tiosissimorum Christi confessorum Maurilii atque Albini virtutes non loqui sive corrigere quia memoria dignae sunt crimen ducentes, plebeio ut postulastis utentes calamo, quo potius vulgaribus prosint, de plurimis pauca sed tamen deo teste verissima corrigemus omittentes plurima a Fortunato edita quae fortassis infidelibus incredibilia viderentur. (5) Quae vero a nobis correcta sunt vestrae sanctitudinis petitioni dignius 25 offerenda putavimus, ut qui illos imitari gaudetis illorum proficiatis virtutibus informati.

CAPITVLA.

I. Vnde Maurilius ortus fuerit et qualiter a Martino eruditus et a beato Ambrosio usque ad lectorem ordinatus, postmodum Martinum secutus ceteros gradus ab ipso acceperit. 30

II. Qualiter a Martino iam presbiter seiunctus Calonnam villam expetierit, inde-

16 Ps. 125, 5.

16 *Prol. Magnobodi (AA. SS. 13. Sept. IV, p. 72)*: Serunt ergo in lacrimis, metunt in gaudiis.

2 praesentis] *om. Q* 4 perfecta] *om. P* 5 amen] *expl. uita beati leobini conf. add. P, ubi uita Foce mart. sequitur*

6 Incipit prologus beati gregorii turonorum archiepiscopi in uita beati maurilii episcopi et confessoris *GP* 26 informati] *explicit prologus add. GP*

27 Incipiunt capitula de uita et uirtutibus beati Maurilii episcopi *GP*

que idolum destruxerit et ecclesiam ibi construxerit et postmodum illam diebus multis incolnerit et multas ibi per eum dominus virtutes fecerit.

III. Qualiter in Pociacense villa quendam hominem Saturnum nomine ambas manus ex utero matris suae aridas habentem tactu et benedictione sanavit.

5 IV. Qualiter quendam mulierem Namnetensem solo intuitu a daemonio liberavit et postmodum ei lumen reddidit.

V. Qualiter quendam pecorum pastorem quem vipera momorderat de saliva propria signo crucis super vulnuscule bestiae imposito sanavit.

10 VI. Qualiter cuidam pernobili matronae sterili filium impetraverit ipsumque absque dono septiformis spiritus sancti defunctum post septimum depositionis annum resuscitaverit et postmodum ut post se episcopus Andecavorum fieret apud dominum obtinuerit.

VII. Qualiter in praedio nomine Prisciaco alterum idolum domino cooperante destruxerit et postmodum ibi honorabile monasterium construxerit.

15 VIII. Qualiter quendam monachum datis solummodo eulogiis a validissima febre quam per tres annos pertulerat sanavit.

IX. Qualiter captivum qui vendendus ducebatur a servitio liberaverit et postmodum negociatorem dominum ipsius de morte resuscitaverit.

20 X. Qualiter in Ligeris flumine quosdam navigatores naufragium perferentes signo sanctae crucis liberaverit.

XI. Qualiter quendam latronem qui asellum ipsius furatus erat arreptum a daemonio liberaverit.

XII. Qualiter quendam matronam Ameliam nomine visitans sola inunctione sanaverit.

25 XIII. Qualiter de vico Calonna et sua propria ecclesia per vim extractus ad episcopatus honorem per beatum Martinum Turonorum archiepiscopum et reliquum populum spiritu sancto in specie demonstrante columbae electus et ordinatus sit.

XIV. Qualis post ordinationem beatus Maurilius extiterit et quid pro eo dominus frequenter operatus fuerit.

30 XV. Vbi quendam ex utero matris suae caecum signo sanctae crucis illuminavit.

XVI. Qualiter puerum de quo supra diximus, qui sine crismatis dono excesserat, quem trans mare positus per VII annos planxerat, post septimum depositionis annum Andecavis revertens resuscitaverit, quem etiam, dum confirmaret, Renatum nominavit, et post se ut episcopus fieret Andecavorum cum domino impetraverit.

35 XVII. Qualiter hominem qui die dominico operari praesumpserat divina ultione dampnatum sanaverit.

XVIII. Qualiter alterum Belgicum nomine pro simili temeritate caecatum illuminaverit.

40 XIX. Qualiter impetraverit, ut per xxx annos quibus Andecavis episcopus praefuit vinum et triticum et ceterae merces per totum Andecavensem pagum aequaliter venderentur.

XX.

XXI. Qualiter a Cinomannica urbe regrediens quendam puerum paralisis humore incurvum sua oratione sanavit.

45 XXII. Qualiter naves Lidi fluminis ad ipsum transfretandum sponte ex altera parte in alteram venerunt.

3 quandam G 12 optinuit P 13 destruxerat P 14 construxerat P 31 carismatis
G 42 titulum XX om. GP, qualiter alterum idolum destruxerit suppl. Bordier 43 rediens P

XXIII. Qualiter in villa Geriaco bubula daemonibus plena eum cornu petierit ipsamque signo crucis opposito salvaverit.

XXIV. Qualiter in Meduanae fluvio naufragium dormiens pertulerit, expegefactus vero se ipsum et alios exinde eripuerit.

XXV. Qualiter mortuum catecuminum de numero famulorum suae ecclesiae lacrimis et oratione resuscitaverit.

XXVI. Qualiter duos miserabili languore leprosos sola tantum salutatione subita inspiratione mundaverit.

XXVII. Qualiter quendam peregrinum sanctum virum eruditionis causa ad se venientem mirabiliter in via per eum coram multis astantibus populis dominus resuscitaverit.

XXVIII. De cotidianis beati Maurilii virtutibus et abstinentia ac vestium vilitate et qualem per omne tempus vitae suae vitam duxerit qualisque circa finem extiterit et quemadmodum criptam duplicem ad aquilonalem urbis partem ad sepulturae suae locum fieri iusserit et qualiter clero suo obitum suum longe ante praedicens die septima incommoditatis eorum multis feliciter excesserit.

XXIX. Qualiter geminos ex utero matris suae caecos pro eo, antequam sepe- liretur, ad eius feretrum dominus illuminaverit.

XXX. Quemadmodum quendam paraliticum per xxx annos in lecto iacentem, dum corpus beati Maurilii portaretur ad tumulum, pro eo dominus in via sanaverit. Qualiter quanti meriti fuerit ostendit, dum post eius transitum crebris miraculis dominus eius exornat sepulchrum.

Raino quondam sancti Martini cotidianus discipulus et semper canonicus ac postmodum sanctae Andecavensis ecclesiae ex initio christianitatis xxxiii. humilis episcopus ob honorem omnipotentis dei nec non et eiusdem sancti Maurilii atque remissionem peccaminum animae suae anno incarnationis dominicae adhuc in dcccv. et ordinationis episcopatus sui in xxv. hanc vitam beati Maurilii scribere ac requirere iussit. Archanaldus sancti Martini discipulus et diaconus iussu praefati domni Rainonis scripsit et requisivit.

VITA BEATI MAVRILII.

30

I (1) Igitur Maurilius Mediolanensis oppidi indigena extitit parentibus splendidissimis procreatus et ab ipsis pene cunabulis a beato Martino, qui illis temporibus Mediolani sibi monasterium collocaverat, sacris litteris et liberalibus studiis institutus est. (2) Sed beato Martino Arrianorum perfidia de civitate illa expulso, sanctus iam Maurilius tam amore quam magnorum praeceptis parentum qui Martinum prius sequi concupierat ibidem demoratus est, quousque a beato Ambrosio ipsius civitatis episcopo offitium lectoris accepit. (3) Interea pater ipsius, qui nobilitate ac viribus totam pene regebat He-

31. 32. 37 — p. 85 l. 1. 3. 4 *Magnobodus l. l.*: Nam de genere nobili veniens, patre defuncto ma-

1 geriacum *in textu* 8 inspiratione] *scripsi*, insperatione *GP*, inspectione *Bordier* 10 uia per-
euntem *Bordier* 17 XXIX] *om. G* 20 qualiter] *c. XXX inc. GP* 22 sepulchrum] *expliciant*
capitula *add. P* 23 raino — 29 requisivit] *f. 52—53 G, f. 115' P, ubi locus prologum Gregorii ducit*
24 xxxiii] *GA, xxxv P*

30 Incipit uita beati maurilii andecauorum episcopi *GP* 32 procreatus] *om. GR* medio-
lano *R* 33 est] *om. R* 34 arianorum *P* 37 iuribus? *G*

speriam, communi sorte praeventus hominem exivit. Maurilius vero verissimus iam evangelici cultor praecepti dicentis: *Qui reliquerit patrem aut matrem aut agros propter me centuplum accipiet et vitam aeternam possidebit*, relicta matre omniumque rerum suarum cupiditate habendi, sub Iuliano tunc caesare Martinum, cuius primo profecerat instrumentis cuiusque virtutes per totum prope Romanorum divulgabantur imperium quique cogentibus populis Turonicam in Gallia iam regebat metropolim, expetiit et tam diu cum eodem commoratus est divinis semper occupatus officii, dum caeteros ecclesiasticos gradus gratiamque sacerdotii invitus Martino cogente susciperet. (4) Ad-
 5 epto namque sacerdotii honore artiozem quam inter monachos duceret diligens vitam,
 10 ut solus solum liberius dominum sequi valeret, Martini admodum doctrinis eruditus et aequae benedictionibus roboratus, se se invicem osculantes et multum flentes, ab eodem ipso nolente discessit.

(5) Pretiosus denique dei sacerdos Maurilius Turonis egressus, quo solitariam II quam potius diligebat si posset sibi vitam eligeret, Andecavorum aggressus est urbem.
 15 (6) Audiens autem haud longe ab ipsa super Ligerim fluvium in villa quadam cui prisca vetustas Calonnae nomen indiderat fanum fore antiquissimum diversis idolorum culturis dedicatum, uti maiori illic iniuria quateretur, et simul animans, ut ipsum, quia non pauca ibi vulgare superstitio servabatur, everteret, ibidem adventit. (7) Videns ergo, quia nisi virtus illud divina dirueret, eo quod dignitatem loci tenebat, humana non posset manu divelli, tota ad dominum mente conversus expetiit, ut qui ad
 20 petitionem quondam Heliae prophetae ignem de sublimi deposuit, qui infideles quin-
 quagenos primo ac secundo exussit, ipse fanum daemoneis consecratum, ubi diversis erroribus mentes fraudabantur humanae, quod ille non poterat ipse destrueret. (8) Mox vero divinus ignis e caelo dimissus quicquid simulacrorum et immunditiae ibidem reperit sub momenti hora consumpsit. Eliminata igitur omni spurcitia honorabilem Christi
 25 ibi fundavit ecclesiam et ut dedicaretur obtinuit ipsamque postmodum fore vicum instituit. (9) Ibi enim bis senos degens per annos multis se ieiuniis et orationibus sedule domino mancipabat. Quantas qualesve ibidem dominus per ipsum virtutes operatus sit, non est nostrae facultatis evolvere, nam quantum in ipso fuit omnes virtutes

2 Matth. 19, 29. 21 IV. Reg. 1, 10. 12.

trem superstitem reliquit cum facultatibus universis quas in Mediolanensium urbe possederat unde natalibus claris fuerat oriundus.

4 *Magnobodus l. l.*: Beatus igitur Maurilius sub Iuliano caesare terrenam patriam pro Christi amore despiciens humilis exul in Gallias adventavit.

4—8 *Magnobodus l. l.*: Itaque beatum Martinum clarissimum iam tunc Turonicae civitatis episcopum expetiit, qui eum grate suscipiens subdiaconum et diaconum ordinavit.

11—13 *Magnobodus l. l.*: Itaque se invicem osculantes et maesti multum ab se se digressi sunt et ille solitudinis habitationem maxime desiderans abiit viam suam.

15—18 *Magnobodus c. 2*: Audiens vir dei Maurilius, quod fanum esset antiquissimum in territorio civitatis Andecavae loco qui nominatur Calonna super litus Ligeris, ipsum fortiter expugnaturus incredulitatis fomitem illuc constanter adventit.

20—25 *Magnobodus l. l.*: Ibi post multam praedicationis et abstinentiarum instantiam tantum eius magnanimis oratio obtinuit a domino, ut ignis de caelo manifeste lapsus templum illud cum delubris suis repente voraret ad similitudinem videlicet antiquae virtutis beati Eliae prophetae, cum oratio sancta ad zelum dei in impios exercendum ignem divinum demitti caelitus impetravit.

25—27 *Magnobodus l. l.*: Igitur mundato divinitus loco ecclesiam Christi ibidem fidelis famulus construxit vicumque instituit, ubi et conversatus est usque quo onus episcopatus accepit.

28 — p. 86, l. 4 *Magnobodus l. l.*: Quantas autem ex tunc inibi virtutes dominus per eum operatus

1 exiit *G*, cf. *infra* p. 94, l. 5 2 aut agros] uel agros *GR* 13 denique] itaque *P* 17 cultibus (*P*)

suas occultare maluit. (10) Sed quia quae in sanctis suis omnipotens operatur coram hominibus fieri et lucere praecepit, licet occultare voluerit, ex toto celare non potuit. Nos vero ex ipsius miraculis deo tribuente licet pauca sed tamen deo teste verissima colligemus.

III (11) In praedio vero cui Pociacense nomen est erat vir quidam Saturnus nomine, 5 quem ex utero matris suae ambas manus aridas habentem in hanc mortalem vitam natura ipsa produxerat. (12) Qui cum manuum destitutus offitiis, devotorum semper altus alimoniis ad plenam pervenisset aetatem, quadam nocte admonitus per visum audivit vocem dicentem sibi: Vade ad virum dei Maurilium et deprecare ipsum, ut signum sanctae crucis super manus tuas faciat, et statim sanaberis. (13) Experge- 10 factus autem properante crastina luce et ipse pariter propere ecurrit ad virum. Provolutus vero sanctis pedibus confessoris, totus effusus in lacrimis suppliciter precabatur, ut sibi manum imponeret, exponens illi pariter et ipsam quam de se ipso viderat visionem. (14) Tunc beatus Maurilius totus ut erat verecundissimus diutius erubescens, tota die et nocte illa ieiunans et in precibus solo prostratus perseverans dominum 15 pro aegrotto fideliter precabatur. (15) Reddito vero mane mox ut sacerdos venerabile crucis signum super manus infirmi deposuit, rubescentibus venis et directis nervis, geminas manus extemplo sanatas in usus operandi direxit.

IV (16) Non multo post tempore mulier quaedam Namnetensis pagi incola male a daemonio vexabatur, quod non solum illam toto corpore debilem sed etiam caecam 20 ex pluribus iam praecedentibus annis lumine privato reddiderat. (17) Quae geminis vincata catenis ad aedem beati viri fidelium fide ac devotione deducitur. Altera vero die ubi in eam pius confessor sancta sua lumina direxit, mox illam daemonium deseruit luminaque quae illi vis inimica subtraxerat signo sanctae crucis imposito fides addita confessoris mulieri restituit. (18) Femina vero, quae ferreis vincata catenis ad 25 beati viri deducta fuerat ecclesiam, libera et incolumis repedavit ad patriam.

V (19) Sub ipso fere tempore dum pastores quidam in eadem regione dominorum suorum pecora pascerent et pervigiles quibusdam noctibus redderentur, eorum unus, dum noctu pecora custodiret, mordetur a vipera. (20) Bestiae vero virus se repente per omnes pueri venas infudit et totum hominem in tumorem convertit. De quo cum 30

2 Matth. 6, 1.

est, non est nostrae facultatis prae paupertate sermonis exsolvere. Sed tamen vel pauca recensere de plurimis secundum quod parvitas nostrae vires suppetunt ad laudem domini ac beatissimi confessoris venerationem conemur.

5. 6 *Magnobodus c. 3*: Erat in villa Pociacense homo nomine Saturnus per longum temporis tractum manus ambas habens aridas.

10—13 *Magnobodus l. l.*: qui ad beatum virum dei Maurilium pro sanitate postulanda profectus, cum noctem unam ad vigiliis eius pernoctasset, facto diluculo ad pedes eius se prosternit deprecans, immo obnixta credulitatis suae ostentatione compellens, ut signum crucis super manus eius faceret.

17. 18 *Magnobodus l. l.*: quo facto, statim restitutae sunt sanitati atque aptatae diu negatis usibus operandi.

19—26 *Magnobodus l. l.*: Nec longo post tempore ecce et mulier quae a daemonio vexabatur iam multis annis, ex qua infestatione tyrannica etiam caeca facta fuerat, ad sanctum domini a fidelibus viris adducitur. Quam ubi beatus vir praesentem sibi factam vidit, mox eam diabolus reliquit. Pariter et mens sana rediit et oculi eius quod vis inimica abstulerat lumen receperunt praebentes feminae ducatum proprium, quae paulo ante venerat alieno.

27 — p. 87, l. 9 *Magnobodus c. 4*: Cum quidam pastores pecora sua vigiliis noctis pascentes sollicite custodirent, unus ex eis latenter mordetur a vipera, et cum iam vi veneni in se grassante semivivus

4 corrigemus P

25 iuncta P

nihil aliud praestolaretur nisi interitus, quia iam semivivus iacebat extensus, tum caeteri pecorum pastores fide commoniti infirmum praesentiae deferunt confessoris.

(21) Sanctus autem Maurilius eum intuitus eaque fide repletus, qua fuerat et beatus Paulus apostolus quando in proprio digito viperam pendentem excussit in ignem et nihil mali passus est, universa pueri membra signavit et oculos ad caelum erigens in ipso vulnuscule per quod vipera virus infixerat de propria saliva signum crucis impressit. (22) Statimque venenum ex omnibus corporis partibus revocatum cucurrit ad ipsum per quem se inmerserat locum. Integrae igitur sanitati mox redditus ad domini sui quod invitus reliquerat incolumis servitium recurrit.

(23) Andecavensis territorii matrona quaedam pernobilis nexa tamen vinculo coniugali ex tempore suae copulationis sterilis permanebat. Quae dum pro adipiscenda prole dominum precaretur assidue et nequaquam votum suum obtinere valeret ac procederet matura in annos desperationis adepturae iam prolis, ad beatum virum se tota mente convertit sedule flagitans, ut quod illa non merebatur ipse apud dominum suis meritis et intercessionibus obtineret, et si suis precibus seni feminae filium impetrare potuisset, ipsum se domino oblaturam et perpetuo servituum tota fide ac voto pollicebatur. (24) Intuens autem vir beatus mulieris mentem et fidem ac fletum ubertatem nihilque apud deum impossibile esse confidens, qui partum vetulae Sarae et ad petitionem Heli sacerdotis filium Samuelem scilicet prophetam sub sponso voto sterili concessit Annae, dominum pro femina precaturus accessit. (25) Exaudivitque dominus virum et deprecanti feminae conceptum dedit et partum, quem illa sicut promiserat domino consecravit habendum. (26) Quale vero quantumque miraculum super eundem dominus per beatum Maurilium, postquam sanctae Andecavensis ecclesiae episcopatus honorem accepit, operatus est puerum ad corroborandam fidem fidelium, licet illud beatus Fortunatus propter minus credentes omiserit, immo quia verum est et res est digna memoria, non tacebimus. (27) Quod tamen, quia post acceptum episcopatum id ipsum pro eo dominus fecit, suo in loco melius exponemus. Hic vero quae ante episcopatum per eum dominus fecerit in ordine describemus.

(28) Non longe vero a praescripto vico Calonnae, cui vir beatus praeerat quemque sedulus incolebat, erat quidam collis Prisciacus nomine diversis idolorum titulis decoratus. Maurilius vero dolens illam longius manere superstitionem, ubi diversarum animarum credebatur inesse perditionem, quadam die adhibitis secum paucis fidelibus viris perrexit ad locum. (29) Cumque pervenisset ad idolum, ut illud everteret, daemonia

4 Act. 28, 3. 18 Gen. 21, 2. 19 I. Reg. 1, 20.

factus esset, ad sanctum Maurilium iam in illis locis famosae potentiae medicum desperatus adducitur. Qui ut eum vidit, de saliva sua in os pueri per universa membra tumescentis immisit et continuo peste fugata reddita est sanitas: sicut enim beatum Paulum apostolum quondam vipera mordens ad interitum non laesit, ita nec puerum hunc apostolici viri Maurilii medicante virtute mirabili.

10—22 *Magnobodus c. 5*: Erat mulier in ipsis finibus sterilis diu permanens, quae multum prius prae pudore matronali cunctata, necessitate tandem compulsa a sancto Maurilio petit, ut oraret dominum pro ipsa, quatenus ei filium daret, qui et ad ipsam ecclesiam devotus domino deserviret. Exaudivit dominus preces servi sui Maurilii, mulier concepit et peperit filium, qui secundum vota parentum divinis traditus officii eidem ecclesiae Calonnensi longo tempore deservivit: vere consequens est sententia, sicut ab Anna per gratiam domini genitus est Samuel, qui sacerdos dei et propheta servivit in templo, ita et puer ipse.

29 — p. 88, l. 7 *Magnobodus c. 6*: Remanserat diutius iuxta oppidum ipsius vici Calonnae collis qui vocatur Prisciacus diversis adhuc idolorum titulis repletus. Vbi sancto spiritu revelante vir beatus cognovit tempus sibi a domino praestitum illam quoque animarum fraudem destruendi, ad ipsum locum iter direxit.

quae ibi latebant statim clamare coeperunt dicentia: Quid nos et hic, Maurili, persequeris? In his regionibus nullus est locus quo te evadere valeamus. Ilico namque in adversum signo sanctae crucis opposito daemonia repente elevato magno mugitu non sine immenso foetore fugerunt. (30) Ille autem omnium idolorum simulacra coadunari praecepit et ignibus concremans in favillam redegit. Deinde mundans diligentius locum ibidem honorabile statuit monasterium, quod ad gloriam Christi et laudem nunc usque sui permanet confessoris.

VIII (31) Monachus quidam Clemens nomine per tres iugiter annos quartanis febribus urebatur. Atterebat enim illum nimius aestus cum frigore et erat ei horror cibi, cum fatigato febre prae dolore deficeret virtus stomachi. (32) Cumque tali dolore deficeret iamque de praesenti vita omnimodis desperaret, amicorum monitu ad beatum virum se transferri praecepit. Qui ut eius praesentiam videre promeruit, eulogias salutis sibi dari ab eodem fideliter postulavit. (33) Quas dum beatus sacerdos sanctificatas illi de more porrigeret, languor qui monachum diutius fatigaverat ut fumus evanuit, moxque omni virtute roboratus propriis regressus est vestigiis qui ad beatum virum adminiculis venerat alienis.

IX (34) Proximis sane exinde diebus dum negotiatores inter diversarum specierum et mercium copias scitos utriusque sexus iuvenes venales habent et cum eisdem ad Hispanias tenderent, aut necessitudine comendi aut desiderio sacerdotis visendi per Calonnae praedium iter agebant. (35) Praetereuntibus autem secus aedem beati confessoris, unus eorum qui vendendi ducebantur magno prosiliens impetu ecclesiam ingressus est et provolutus cum lacrimis pedibus confessoris orabat, ut suis precibus aut pretiis se se pro dei amore redimeret secumque retineret, qui furtim de propria captivitatis patria vendendus ducebatur in alienam. (36) Cuius verbis et fletibus suum patrioticum recognoscens commotus est pia mente sacerdos nec mora pro captivo ipsius dominum supplicaturus egreditur humiliterque supplicabat, ut sibi venderetur, quatinus a se servitio absolutus liber ad patriam reverteretur. (37) Sed cum dominus ipsius summa obstinatione id fieri posse negaret, annuit suis, ut ipsum de ecclesia velociter extraherent. Cedentibus autem ministris vimque facientibus ac domini sui praeceptum exequentibus, immensis captivus clamare vocibus coepit: Miserere et succurre, serve dei, quem devote liberandus expetii. (38) Sacerdos vero flexis solo paululum genibus rursusque elevatis ad caelum manibus inquit: Domine deus omnipotens, qui in

Cumque illuc pervenisset, statim in aere daemonia coeperunt clamare: Quid nos et hic persequeris, Maurili? Nullus est locus quo te evadere possimus. Ille autem festinans neque quidquam motus ad plenam venenosae malignitatis quaerimoniam quidquid ibi fuerat congregatum ex diversis idolis igne cremavit et monasterium ibi proxime constituit, quod permanet usque in praesentem diem ad gloriam domini nostri Iesu Christi et memoriam incliti Maurilii confessoris.

8. 9 *Magnobodus c. 7*: Monachus nomine Clemens febribus quartanis annis tribus vexabatur.

9. 10 *Greg. Tur. de virt. S. Martini II, 1*: et errat horror cibi, cumque ab inedia deficeret virtus stomachi, febris tantum erat victus corpori.

10. 11 *Greg. Tur. l. l.*: et taliter agi coepi, ut imminente morte vivere omnimodis desperarem.

12—15 *Magnobodus l. l.*: Cumque tandem eulogias sanctissimum virum postulasset et ille ei libenti animo praestitisset, ilico ut fumus languor iste diutinus evanuit et sospitas optata successit.

17 — p. 89, l. 10 *Magnobodus c. 8*: Praetereuntibus quadam die per ipsum Calonnae praedium negotiatoribus, qui solent inter alia commercia etiam homines captivos venundare, unus ex eisdem captivis qui tamquam merces quaelibet ducebantur venales confugium in ecclesiam fecit. Beatus Maurilius supplex ad dominos precator accedit, ut miserum redimere posset. Tunc illi humilem superbe spernentes precem ausu temerario fugitivum de ecclesia rapere coeperunt. At ille multo magis tunc trepidus et vociferans ait:

angustia constitutis et de tua misericordia vere confidentibus celeri pietate succurris, subveni huic captivo pro quo te supplex exoro. (39) Ad hanc nempe sacerdotis vocem tanta vis febrium dominum ipsius arripuit, ut antequam perituro paenitere succurreret, spiritum exhalaret. (40) Tum tanta formidine caeteri percillantur metuentes, ne se se vivos terra absorberet, ut unanimes expeterent sacerdotem flebiliter postulantem, quatinus et sibi indulgentiam et defuncto suis meritis acquireret vitam. (41) Vir vero beatus nimium metuens, ne ipse occasio et causa illius esset perditionis, prostratus terrae immensis planctibus et crebris singultibus invocat Christum, ut defuncto redderet animam, nec antea surrexit a solo, donec et defuncto vitam et captivo acquireret libertatem. (42) Negociatores denique, ut sibi retroacta praesumptio indulgeretur, multis donariis ipsum honoraverunt et locum. Quae prope omnia vir beatus in usus pauperum deputavit.

(43) Nimirum praeterea, ut necessitudo compellit humana, Argis haud modica X mercibus referta per Ligerim vehebatur. Quae cum contra Calonnam ascenderet, subito turbato cum flamine ponto navis in vertiginem rotabatur, frangitur antenna et nunc prora subrigitur elevata in fluctus, nunc puppis deprimitur inter undarum hiatus. (44) Victi autem nautae tantaque tempestatis timore perterriti, de praesenti iam desperantes salute, obliti omnia navis armamenta iecerunt solum tantum praestolantes interitum, cum repente immensis clamore vocibus coeperunt dicentes: Miserere, vir Christi Maurili, nostro succurre naufragio! Potes enim hoc obtinere cum Christo, qui post funus vitam acquisisti defuncto. (45) Ad quorum voces exurgens ab oratione Maurilius festine cucurrit ad litus et elevato in adversum crucis signo imperat procellae ne saeviret. Cedunt mox deposito rigore spiramina, tumescentes undae vertuntur in aequora subsequiturque serena tranquillitas. (46) Illaesi ergo nautae ut coeperant navigium expleverunt et ad optatum portum sacerdotis adiuti suffragio feliciter pervenerunt.

(47) Erat enim familiare beato viro, ut nunc ecclesias nunc infirmos evangelicum XI semper cupiens implere praeceptum verbique dei fidelissimus dispensator sedule circumiret. Et ne ultra modum fatigatus corpore defecisset, habebat humilis sessor asellum, quo saepius utebatur. (48) Quem nocturnis latro temporibus apprehensum furari non metuit, sed infelix dum furatur asellum arripitur a daemonio et sic demens per totam noctem vagabundus illuditur. Mane autem reddito ante fores beati viri affuit exsensis ipse pariter cum asello. (49) Crimen quod commiserat invito primitus

Serve dei, succurre captivo. Ilico tanta febris dominum unum qui erat ceteris pertinacior accinxit, ut spiritum prope redderet. Sed ut erat beatus Maurilius misericors, dominum precatur pro impio, reddita est ei sanitas et captivus continuo relaxatur a servitio, liber factus ex mancipio.

13—26 *Magnobodus c. 9*: Quomodo Christo proposito naves necessariae humanis usibus negotia deportantes die noctueque per Ligerim discurrantiam habent, aliquando quaedam earum grandi mercium onere refertae subita perturbatione flante austro coeperunt mergi sub ipso ubi sanctus habitabat coenobio. Clamarunt itaque unanimiter nautae mortis metu et tristitia confecti. Tunc beatus Maurilius ad eorum voces commotus primo, sed mox intrepidus per fidei constantiam factus, contra tempestatem salvaturus naufragos egreditur. Moxque ut oravit deum periclitantibus tranquillitas subito divina virtute facta est et illaesi nautae iter quod coeperant perrexerunt.

29 — p. 90, l. 5 *Magnobodus c. 10*: Cum pro subsidio humanae infirmitatis vir dei asellum haberet, quem sedere ipse humilis sessor consueverat, vespere quodam ubi diem nox clausit furtim ei ab impio praedone ablatum est. Sed quid infelici contigit qui hoc ausus fuit sacrilegium perpetrare? Daemonio arreptus per totam noctem fugam celerans et nihil tamen promovens frustrato labore vagabundus eluditur. Luce vero prima sancto viro asinum suum divina coactus virtute repraesentat, quem ut sanctus dei conspexit, ve-

13 argis] v. *Du Cange ed. Favre I, p. 382*

27 enim] autem P

confitetur, deinde arreptus a daemonio fugere nititur, ne curetur. Sed vir beatus furiosum per exorcismi gratiam prius a daemone liberavit et postmodum ab omni crimine recepto asino miseratus absolvit. (50) Veruntamen pro nocturna quam perpressus fuerat latro iniuria, neve voto priori privaretur ex toto qui necessitate coeperat involare non vitio, tres illi sacerdos aureos dedit sique liberum abire permisit. 5

XII (51) Matrona quaedam nobilis, praedives opibus, senatorio ex genere oriunda Amelia nomine gravi coeperat incommodo urgeri. Quod cum per duodecim annos pertulisset omnesque fere res suas in medicorum expensis impenderet, nullum incolumitatis remedium assequi merebatur, sed quanto curiosius totum artis suae ingenium in illam impendere studuissent, tanto semper deterius incommodo gravabatur. (52) Cum iam de eius sanitate desperantes parentes ipsius de solis sepulturae necessariis admonebant dicentes: Non enim proficere potest periturae ulla vis medicaminis nostri, tum illa inquit amicis: Ite, ite, currite quantotius ad beatum virum Maurilium, et si obtinere potueritis, ut ab illo merear visitari, confido quod per illum restituar sanitati. (53) Tunc parentes ipsius et amici praepete cursu pro femina beatum Maurilium adierunt piis precibus postulantes, ut aegrotam diutius languentem sua miseratione visitaret. Ille ubi hoc audivit, reminiscens illud dicentis domini benedictum: *Infirmus fui et visitastis me*, nec mora proficiscitur cum eisdem. (54) Vento autem illo ad domum, de more proprio prius prostravit se ad orationem, deinde aegram intuens, accepto benedicti olei liquore mulieris membra perunxit. Expleto namque unctionis officio femina surrexit incolumis, itaque extemplo restituta est sanitati, ut nihil eatenus putaretur pertulisse incommodi. 15

XIII (55) Interea dum talibus vir beatus in praedio Calonnae floreret meritis et virtutibus, urbs Andecava proprio pastore viduabatur. (56) Tum plebs urbana vel rustica nec non et universa nobilitas, collectis etiam undique sacerdotibus, in unum venire concilium, conquirentes quis eorum substitui deberet in pontificale ministerium. Sed re vera aut ventoso nobilitatis favore aut pecuniis subrogati ad tanti culminis dignitatem quidam alios praeferebant. (57) Ideoque in unum non valebant venire decretum, eo quod etiam scriptum sit per prophetam: *Dominus scit cogitationes hominum, quoniam vanae sunt, et iterum: Quod non est a deo consilium numquam poterit stabiliri sed solvi.* 20 30

18 Matth. 25, 36.

29 Ps. 93, 11.

30 Act. 5, 38.

lociter eum daemon reliquit. Effugato latrone clementissimus iudex reum suum reputans non furem sed custodem, tres ei aureos dedit, sique et animal recepit et hominem absque culpae noxa ad propria abire permisit.

6—22 *Magnobodus c. 11*: Matrona nomine Amelia ex nobili senatus genere veniens longam aegritudinem incurrerat et per annos duodecim tenebatur quotidie ingravescente morbo. Tunc parentes eius ad beatum Maurilium precantes accedunt, ut eam visitaturus pro mercedis supernae causa adesse deberet. Timens sacerdos futurum domini iudicantis in immisericordes dictum: *Infirmus fui et non visitastis me*, cum ipsis ad eam perrexit. Et domum ingressus ubi manu sua cum oratione unctionis oleum in aegrotam fudit, ilico mulier super pedes suos stetit et incolumis gratias deo egit, quod per sanctum Maurilium citissimam recepisset sanitatem, quae prius magna ex parte in medicos facultates suas perdiderat, unde remedia nulla receperat, sed et deterius ei semper contigerat in contagione morbi.

23—30 *Magnobodus c. 12*: Cum talibus vir domini Maurilius in Calonnensi vico claresceret conversationis atque miraculorum insignibus, evenit ut Andecavae civitatis episcopalis sedes nudaretur a pastore. Ergo, ut est consuetudo, collecti in unum sacerdotes et cunctus populus conglobatus ad substituendum praesulem quasi vir unus coeperunt intra se mussitare, quis de eis pontificatum accipere potuisset. Sed variante consilio et per favoris noxialis scissuras in diversa partito, stare non potuit quod a deo non fuit, ut propheta ait: *Cogitationes hominum vanae sunt*. Eligebantur enim non veri pastores, sed qui in ipso officio sua non Iesu Christi luera quaerent, quique quod perisset in dominico grege solidare non possent.

- (58) Dum igitur haec in vicem volverent nec diffinire valerent, subito sanctissimum sanctae sedis Turonicae archiepiscopum, cuius et potior erat potestas Andecavensi ecclesiae pontificem eligere, nunciatur adesse Martinum. (59) Huius dum paene omnes sententiam praestolarentur, ait: Viri fratres, audite et attendite consilium bonum.
- 5 Qui a deo vobis electus est pontifex ipsum suscipite sacerdotem. Sane Maurilius Calonnensis ecclesiae presbiter erit pontifex vester. (60) Quod audientes primo mirati sunt, sed quia simul Maurilii iam noverant et virtutes et merita, postposita statim omni priori ignorantia mox pari mente ac voto in unam venere sententiam. Acceptoque domni archiepiscopi praecepto, celerrime diriguntur ad virum, quem fisci episcopi
- 10 auctoritate de propria raptum ecclesia Martini praesentiae nolentem sistunt. (61) Qui dum cum beato Martino iam ecclesiam ingrederetur, statim ad declaranda tanti sacerdotis merita niveo candore columba divinitus elapsa super caput ipsius descendit ac sedit. Quod videntes multi ad beati Martini mox se se genua prostraverunt unanimes una voce fideliter acclamantes Maurilium episcopatu esse dignissimum, non ab homi-
- 15 nibus tantum sed ab omnipotente electum ac demonstratum. (62) Tum Maurilius tali vel miraculo vel precibus victus pariter et addictus, ut erat humilis et mitissimus, non contempsit imperium, sed implens praeceptum suscepit sacerdotium. Nam, ut multi videre meruerunt, quotienscumque beatus Martinus ad sacram consecrandi antistitis benedictionem super caput eius extendisset manum, semper ei praefata aditum dabat
- 20 columba. (63) Tali igitur miraculo sanctae Andecavensi matri ecclesiae Maurilio pontifice substituto et beato Martino ad propriam sedem regresso, idem pretiosissimus confessor Christi Martinus referre saepius erat solitus, quod ad benedicendum Maurilium antistitem non solum in specie columbae spiritus sanctus sed etiam affuerit angelorum exercitus.
- 25 (64) Ordinato itaque in pontificali cathedra ad pastoralis curae ministerium et XIV custodiam Christi ovium Maurilio pontifice, tanta in eo domini gratia rutilabat, ut non minora per eum quam dudum per apostolos signa et miracula fierent. (65) Nam verbis tantum daemones effugabat, aegrotos vero sola oratione curabat, sed et caecis imposito crucis signo visum reddebat. Sane paraliticos saepissime ad pristinum
- 30 corporis soliditatem verus medicus merito medicante revocabat. (66) Sunt etiam et per plurima alia eius miracula, quae licet scripta non inveniantur, tamen quia vera sunt deficere non possunt, sed multorum ore celebrantur. (67) Talis igitur vir dei antistes

1—10 *Magnobodus c. 13*: Cum ergo dissidentia inter se taciti consilia volverent, ecce pro hac ipsa electionis causa sollicito festinans beatus Martinus pontifex ecclesiae Turonicae sanctissimus in Christo sacerdos affuit, cui scilicet et per sanctitatis meritum et per metropolitanae sedis privilegium potestas erat eligendi pontificem. Ait ergo ad eos: Viri fratres, audite me: quod a deo electum est hoc erit, non vobis durum esse videatur. Maurilius presbyter ecclesiae Calonnensis iubente deo ipse erit vobis pontifex. Tanti auctoritate censoris ilico compressis partium studiis, omni mora postposita ad virum diriguntur nuntii, mandatum accipientes, velit nolit, ad urbem cogatur venire. Ille autem, ut erat mitissimus atque ut reliquarum virtutum ita quoque sanctae oboedientiae munere plenus, non contempsit imperium sed adimplevit praeceptum.

10—24 *Magnobodus l. l.*: Quo ingresso in ecclesia coram universa inspectantis plebis frequentia ad manifestandam gratiam domini columba super caput eius descendit. Quo viso omnis multitudo ad beati Martini genua se prostraverunt non alium conclamantes quam Maurilium dignum esse episcopatu, non ab hominibus electum sed a deo sibi praesulem manifestatum. Vbi vero super caput eius vir dei Martinus manum posuit ad sacram benedictionem tradendam, tunc columba rursus circumvolans ipsius consecrationis aditum dedit. Frequentius postea beatus Martinus cum gaudio in memoriam revocabat, quod certissime spiritus sanctus et angelorum chorus ad ipsam benedictionem affuisset.

25 — p. 92, l. 5 *Magnobodus c. 14*: Hic itaque pastor ovium factus et unus ex apostolicis domini sacerdotibus electus tanta virtutum praeditus erat gratia, ut signa per eum non minora quam dudum per apostolos domini fierent. Nam daemones verbo tantum fugabat, aegros sola oratione curabat, sed et caecis visum reddebat, paraliticos ad stabilitatem corporis revocabat et multa alia sunt eius miracula, quae cum scripta non sint, etiam nunc ore hominum celebrantur. Talis igitur in ecclesiam domini refulgebat aposto-

Maurilius apostolica simplicitate redimitus cordisque puritate perlucidus sine intermissione pro sibi commisso Christi grege in vigiliis et orationibus atque ieiuniis totum se se domino mancipabat, ut antiquus hostis diabolus, qui circuit tanquam leo quaerens de unitate quem devoret ecclesiae, nullam ex sibi ovibus creditis temptando posset laedere aut auferre.

XV (68) Proximo autem post acceptam episcopii dignitatem tempore dum de basilica beati Petri apostoli egrederetur, ubi pervigil in orationibus totam noctem insomnem duxerat, obvium habuit quendam caecum ex utero matris suae carentem lumine. (69) Quod cum sibi a domino tribui per merita beati Maurilii fideliter postularet, beatus antistes paulisper erubuit. Sed cum super oculos ipsius signum sanctae crucis imprimeret, erumpente mox sanguine cum dolore lumen quod numquam habuerat habere promeruit. (70) Tamen homo ipse pro amore beati Maurilii eidem beati Petri traditus basilicae quam diu in reliquum advixit fideliter deservivit.

XVI (71) Sequenti si quidem die beato Maurilio antistite in eadem beati Petri apostoli basilica sancta sollempnia celebrante, advenit cum moriente puero matrona, cui quondam sterili eundem ut nasceretur ante episcopatum apud dominum suis meritis obtinuerat, postulans ut filio suo quem domino habendum obtulerat manuum suarum impositione spiritum sanctum daret, antequam obiret. Sed remorante in sancta corporis ac sanguinis Christi consecratione paululum praesule, puer excessit. (72) Quantum vero miraculum super eundem puerum post septimum depositionis ipsius annum per pretiosissimum antistitem suum Maurilium dominus operari dignatus est, quamquam uti iam diximus illud Fortunatus omiserit, nos tamen minime reticebimus, quod verum esse scimus, quia ad gloriam Christi laudemque antistitis sui res est condigna describi. (73) Nam novimus dicente propheta, quia *omnia quaecumque voluit dominus fecit in caelo et in terra, in mari et in omnibus abyssis*, et iterum, quia *in sanctis suis idem est ipse mirabilis*. (74) Si enim credimus, quod fide obtenta ad iussionem unius hominis sol, luna caeteraque sidera spatio unius diei immobilia substiteret et quod ad percussione virgae Moysi mare Rubrum in geminas est partes divisum siccaque Horeb petra perlargas evomuit undas quodque contra naturam intelligibiles asina edit pavefacta loquelas ad petitionemque Heliae tribus annis et medio ne plueret seratum est caelum iterumque cum voluit suis precibus adaptum, quodque est mirabilius, si credimus, quod ad redemptionem humani generis mirabili et indicibili spiritus sancti opere verbum patris verus processit deus et homo de virgine idemque per crucis mysterium mortis destruxit imperium quodque etiam per ipsum in fine saeculi deus pater mortuorum hominum omnium ex initio in cineres redacta sub momento resuscitabit corpora aut ad gloriam aut ad poenam sine fine victura, quod per beatum Mau-

3 I. Petr. 5, 8. 24 Ps. 134, 6. 25 Ps. 67, 36. 27 Ios. 10, 13. 28 Exod. 14, 21.
29 Exod. 17, 6. Num. 22, 28. 30 III. Reg. 18.

licae simplicitate vitae et cordis puritate totusque in Christi famulatu, die noctaque sine intermissione pro grege Christi qui sibi fuerat assignatus in vigiliis et eleemosynis constitutus ad arma caelestia se converterat, ut hostis antiquus nullum ex ovibus sibi commissis quantum in ipso erat morsu letifero laedere posset.

6—13 *Magnobodus c. 15*: Cum ad basilicam beati Petri apostoli more suo pervigilem quandam noctem duceret, caecus ab utero matris suae lumen incognitum a servo dei sibi tribui cum fletu obsecrans postulavit. Vbi beatus Maurilius signaculum vivificae crucis super oculos eius fecit, erumpente sanguine repentina lux intravit. Homo ipse ad eandem basilicam se tradens omnibus diebus vitae suae fideliter deservivit et virtutum servi dei Maurilii testimonium admirabile fuit.

rilium gloriosum antistitem suum post septimum depositionis annum mortuum resuscitaverit puerum, satis credere possumus, sane beato testante papa Gregorio: *Fides non habet meritum, cui humana ratio praebet experimentum.* (75) Miraculum ergo qui non istud firme crediderit, quod in sanctis et per sanctos suos alia multa quae et praemisimus dominus operari dignatus sit semper et operetur, nequaquam credere valebit.

(76) Beatissimus igitur Maurilius, expleto sanctae sollempnitatis capitello obituque pueri qui absque carismatis dono excesserat percognito, totum id suae desitudini deputavit lacrimis multo tempore inremediabilibus suae culpam lugens inoboedientiae. Cui cum nec ista sufficerent, diu multumque quid ageret secum animo colluctante, tandem repperit, quod inter concives tantae neglegentiae piaculum plene expiare nequiret, ni singularis elapsus patriam propriam civesque relinqueret. (77) Tali igitur reperto consilio, occulte exinde semet ipsum eripuit ex sanctorum reliquiis, quibus sancta Andecavensis mater ecclesia decorabatur, secum claves exportans. Cum autem pervenisset ad mare, divina omnipotentis dei providente clementia qui manebat in litore diem transitus sui exaravit in lapide sicque ascensa puppi inchoati itineris coepit maturator existere. (78) Cumque processisset in altum et quare reliquiarum claves secum detulerit cogitaret, insidiante humani generis inimico, ut dolorem sancto viro super dolorem imponeret, repente claves de manibus elapsae submerguntur in aequore. Tunc cum lacrimis id fertur exclamasse Maurilius, quod postea rei probavit eventus: Nisi, inquit, has iterum claves videre meruero, patriam urbemque nunquam repetam quam effugio. (79) Transmisso igitur mari, quo quis esset abscondere potuisset, mutato habitu uni regionis principum adhaesit, professus se ortolanum fore, quatinus corpus quod ieiuniis, vigiliis et orationibus castigare decreverat, ne ex toto deficere potuisset, proprio labore pavisset. (80) Qui cum tali praeficeretur ministerio, tantam copiam eius meritis dominus holeribus dabat, ut et omnibus quibuscumque necesse fuerat ex eisdem sufficienter tribueret et tamen holera nunquam deficerent. Vnde per pluribus placebat et paene ab omnibus amabatur.

(81) Interea plebs Andecavorum e caelitus sibi quondam dato viduata pastore non minimo pavore percellitur crebrisque visionibus minatur, persaepe etiam admonetur, uti proprium pastorem circumquaque perquirerent, nisique Maurilius inventus suae redderetur ecclesiae, urbem Andecavam fore celerius subvertendam. (82) Vnde eiusdem regionis tota nobilitas sed et vulgaris immensitas collatione facta in unum venere decretum eligentes e concivibus quattuor diffusae virtutis ac fidei viros. Quibus qui necessarii ad tanti itineris erant supplenda negotia, sumptibus ex voto collatis, praecipiant, ne umquam reverterentur, ni prius proprium invenissent patronum. (83) Qui functi legatione et devotius iussa sequentes urbes omnes oppidaque vel vicos praeterlegunt. Omnique fere Europa circumita, septimo tandem in partes Galliae revertentes anno et minime quem quaerebant invento, divino ductu ad portum oceani maris qui in Britannia manet minori cursu avido pervenerunt, quatinus cis mare quem invenire non poterant trans mare quaerere niterentur. (84) Praestolantes igitur navem, cum qua coeptum explere valeret obsequium, dum residerent in litore, scriptum quod supra diximus invenerunt in silice: Hic transiit Maurilius Andecavorum episcopus. De tam evidenti igitur alacres effecti inditio trans pontum abiire securi. (85) Haud longe autem adhuc acta puppis a litore, cum lenis flatibus et pendulo velo ac mari

2 *Greg. M. hom. in evang. II, 26 (Migne, Patr. lat. LXXVI, 2, p. 1197).*

7 *Sulpic. Sev. V. S. Martini Praef. § 5: totum id desuetudine (desitudine codd. dett.) tanti temporis perdidissem.*

tranquillo medios iam salis fluctus sulcare secunda coepisset, repente immanis emersus e gurgite piscis prosilivit in Argim. (86) De quo cum deo gratias retulissent ipsumque piscem exenterare coepissent, reliquiarum claves quas Maurilius in mari perdidit in piscis iecore reppererunt. Quas recognoscentes nimiumque mirantes turbabantur attoniti, metuentes ne cum ipsis Maurilius naufragium passus hominem exisset. 5

(87) Demissis igitur de navi anchoris, in hoc stantes, ut de mari reverterentur, asserentibus nautis Maurilium esse defunctum, singuli sequenti nocte unum eundemque visum domino tribuente viderunt: Nolite metuere nec revertamini de itinere, coeptum maturate negotium, procul dubio diu quaesitum et huc usque dilatatum vestrum invenietis desiderium. (88) Mane autem reddito quid singuli viderant in invicem 10 referebant, unde admodum roborati quod coeperant avidius peragebant. Unde factum est, ut angelico ductu ad domum principis cum quo Maurilius habitabat recto itinere ducerentur. (89) Ingressi autem ilico vocari Maurilium, ut cum holeribus quibus rex uti consueverat accurreret, audierunt. Oculorum ergo aciem in partem qua illum in- 15 clamare audierant dirigentes, nec mora cum holeribus accurrere Maurilium perspexerunt. (90) Quem cum recognovissent, prostrati pedibus ipsius cum magno fletu rogabant, ut propriae subveniret ecclesiae atque civitati, quae eius absentia nil iam aliud nisi supremum praestolaretur exitium. (91) Ad quorum fletum cum se negare non posset, obstupefactus cum lacrimis repugnare coepit obnixius dicens: Voto memet ac iuramento constricti nunquam me patriam reversurum, nisi claves videre mererer iterum 20 quas amisi. Quas statim exhibentes, quicquid in mari viderant et pertulerant ex ordine referebant.

(92) Interea istius modi circumquaque negotii fama pervolat ipsumque sollicitat regem. Mirantur cuncti et quem ut ortolanum habuerant nunc ut sanctissimum praesulem venerantes adorant, multis eum muneribus et donariis honorare quantotius con- 25 certantes, ut qui quasi pauper et peregrinus ad eos venerat felix et dives reverteretur ad propria. (93) Tum Maurilius tot precibus ut regrederetur et miraculis victus, dum sollicitior de reversione cunctaretur et vigiliis atque orationibus insomnem ducere sequentem disponderet noctem, tandem fatigatus ieiunio paululum obdormiens vidit angelum dicentem sibi: Surge, Maurili, et populorum te requirentium praepes exequere 30 votum. Ecce enim tuis precibus atque meritis tibi commissas servavit dominus oves pro quibus rogasti et insuper reddidit tibi puerum quem diutius plorans quaesisti! (94) Quid multis? mane reddito concurrentibus undique populis cum magno honore deducitur ad navem et traducto ponto cum nec minori gloria a propria excipitur patria. Taliterque propriam regressus ad urbem, nimirum spectantibus turbis, de do- 35 mini promissione securus venit ad pueri tumulum. (95) Quo rastris discooperto, invocat dintissime planctibus Christum. Tandem autem expleta cum lacrimis oratione, uterque consurgunt Maurilius de oratione et puer de morte. Quem septiformis spiritus gratia consecratum ex eventu vocavit Renatum. (96) Qui divinis cultibus ilico mancipatus et a beato Maurilio diligentius eruditus tantis promeruit florere virtutibus, 40 ut post Maurilium pontificalem Andecavensis ecclesiae cathedram et postumus sortiretur et heres. (97) Quod si quis fortuito aestimaverit fabulosum, Andecavam recurrat ad urbem, ibi enim inveniet pretiosissimum confessorem Christi Maurilium immensis virtutibus florentem et nec minus Renatum antistitem successorem ipsius mi-

41 *Magnobodus c. 5*: Idem enim etiam post beatum Maurilium pontifex factus praesedit ecclesiae Andecavensi.

raculis coruscantem, praestante domino nostro Iesu Christo qui cum patre et spiritu sancto vivit et regnat omnipotens deus per infinita saecula saeculorum. Amen.

(98) Sanctissimo itaque sacerdotum Maurilio sedi propriae restituto, quid proximis XVII
exinde diebus cuidam contigit ad declarandam virtutem antistitis, quod et Fortunatus
5 edidit, adnectemus. (99) Vir quidam avarus omnium malorum radice instigatus cupi-
ditate, temerario ordine arrepta securi, die dominica avidus operator extiterat. Quem
securis manubrio in manibus adhaeso ultio statim divina dampnavit. (100) Idem ta-
men cogentibus doloribus post menses quinque sanctum Maurilium expetens suae or-
dinem culpae flebiliter confitebatur. Cuius vir beatus cum paenitudinem vidisset,
10 commotus spiritu dolere coepit. (101) Sed cum sanctis manibus manubrium tetigisset
securis, ilico laxatis nervis et directis digitis omnique fugato dolore, manus integrae
reformantur. Sic autem operator improbus ab omnipotente correctus et a sacerdote
mundatus propriam aedem sospes est ad usque reversus.

(102) Quid autem pro consimili negligentia sub ipsis temporibus alteri contigit, XVIII
15 edicemus. Belgicus quidam nomine primo die paschae proprias segetes servis propriis
temerario iure mundare praeceperat. Mancipia vero cum reniti coepissent ac dicere
contra auctoritatem fore, ut die dominica servilia opera agerentur, dominus eorum ut
id agerent coegit invitos. (103) Sed cum segetes ingressi lolia et quaeque inutilia
sarcire temptassent, mox Belgicus oculorum caecitate percussus, ut coepta desererent
20 et quototius egrederentur, circumquaque palpando quaerens insuper qui ei manum
daret quemadmodum reverti posset ad domum, immensis vocibus clamabat invitus.
(104) Cum autem per tres annos in ea caecitate mansisset, dum beatum Maurilium
pro commissi sibi populi salvatione, ut episcopis moris est, vicos ac villas circuisse
audisset, cogentibus continuis doloribus sedule et devotius expetebat, ut ei vel vesti-
25 mentum sacerdotis tangere praeparassent, confidens, si illud tangere mereretur, statim
se ab infirmitate mundari. (105) Quod cum praeparantibus amicis tangere meruisset,
mox dempto dolore lumen quod per negligentiam amiserat merito sacerdotis recipere
meruit. Nec tamen Belgicus quae prius commiserat agere ulterius praesumpsit.

(106) Illud enim inserere lectioni operae pretium duximus, quod ex quo beatus XIX
30 Maurilius episcopatus adeptus est dignitatem usque ad terminum vitae suae eius me-

5—13 *Magnobodus c. 16*: Nec praetereundum est, quod contigit in publico. Vt se in multis hu-
mana habet cupiditas, quidam vir agricola die dominico assumpta securi praesumptuoso ordine coepit ma-
nibus suis ruralem operam reddere. Statim eum ultio divina manibus ad ipsum ferramentum astrictis dam-
navit. Post menses quinque ad sanctum Maurilium properans et poenam demonstravit suam et ordinem cul-
pae confessus est. Mox ut manubrium securis sanctus vir miseratus anxium in manum suam accepit, manus
damnati resolvuntur et ut ante fuerant in usus incolumitatis revertuntur. Redit homo correptus a deo et
a sacerdote suo mundatus.

14—28 *Magnobodus c. 17*: Nec istud quoque in oblivione per taciturnitatis nostrae negligentiam po-
nere possumus aut debemus, quod alias rursus in consimili re factum est miraculum. Belgicus quidam nomine
mancipia sua primo die paschae crudelitate et avaritia seductus segetes suas mundare praecepit. Vbi coacti
importuno imperio famuli coeperunt noxia gramina evellere, confestim dominus eorum prius iam in mente
cupiditate caecus oculorum quoque caecitate percussus est. Tandem sero impietatis et irreverentiae suae
paenitens rogat, ut egrederentur nec magis intempestivo labore in satis mundarent. Quid ageret infelix ne-
sciens, quo se verteret ignarus, tandem palpitando ducatum quaerere coepit, qualiter reverteretur domum.
Post haec annos tres in eadem caecitate perdurans, dum demum sanctus Maurilius dioecesim circumiret pro
populi benedictione, rogat Belgicus longa satisfactione emendatus et iam aliquando fidei igne accensus, ut
vestimentum sacerdotis tangere mereretur. Quo facto lumen oculorum quod per negligentiam suam amiserat
per sacerdotem dei recepit.

29 — p. 96, l. 8 *Magnobodus c. 18*: Nec obliviscendum est in populis quod ex corporali praesentia

ritis semper tantae ubertatis fertilitate urbs Andecava superexcrevit, ut in mercibus modii Cereris atque Bachi forum publicum nec minueretur, ne omnipotentis dei dona vilescerent, nec augetur in pretiis, ne pauperiores inopiae necessitudinem paterentur. (107) Semper enim in sumptibus cotidianis aequale erat pretium nummi, sane opere et praedicatione Maurilii inter populos sibi commissos crescente concordia diffundebatur 5 ubique quae nunc frigescit laudabilis virtus caritas. Cessaverant bella, pax multiplicabatur in annos, replebantur vino atque frumento omnium horrea ideoque aequa erant in negotiis secundum quamque mercem aeris commercia.

XX (108) In pago vero cui Commonio nomen est erat rupes quaedam excelsa, diversarum arborum generibus nemorosa, ad quam non toto adhuc paganorum ritu discusso 10 stultorum turba conveniebat sacrorum suorum sollempnia anniversario ordine celebrare, ubi per septem dies epulando et choros ducendo atque bacchando sollempnia sua quasi iure debito persolvebant. (109) Sed quod fieri in vino plerumque et epulis solet, orta seditione multi vulnerabantur, nonnulli etiam ibi de more iugulabantur, et id ipsum cum accidisset, inevitabili fato fieri acclamabant. (110) Quod ubi Maurilius comperit, 15 nec mora cum religiosis quibusdam fratribus ad locum perrexit, ubi cum in ieiunio et oratione una nocte vigilasset, gallorum cantu tantus fetor de loco surrexit, ut vix vir sanctus ibidem habitare posset cum suis. (111) Mane autem reddito etiam qui superstitionem loci illius antea servabant intellegentes se divina virtute perterritos, ne episcopo repugnarent, ipsi cum eodem omne nemus succidere et igne concremare 20 festinant. (112) Ita autem mundato per ignem loco aedificavit ibi statim in honore beatae Mariae genitricis basilicam. Locus enim ille qui antea Rupes vel Lucus Martis appellabatur Castrum Petrae nomen accepit.

XXI (113) Accidit autem isdem diebus, ut beatus Maurilius ad fratrum visitationem et inter quosdam discordes reformandam pacem Cinnomannicam vocaretur ad urbem. 25 Quo cum sine mora venisset et pace inter dissides restituta regredi coepisset, antequam ad Pontem Leugae perveniret, incolae loci illius, ut benedictionibus praesulis firmari mererentur, eius adventum devotius praestolabantur. (114) Inter quos parentes cuiusdam pueri filium suum nimia infirmitate ex tempore gravatum secus viam per quam transitum episcopi fore cognoverant posuerunt dicentes: Poterit enim si voluerit 30 nostri infantuli obtinere salutem qui mortuo puero vitam reddi obtinuit etiam post

sanctissimi praesulis totius populi Andecavensis generalis fuit profectus. A die ordinationis sancti Maurilii usque ad transitum tantae urbem Andecavam ubertatis abundantia replevit, ut forum publicum in pretio alimontiarum nec minueretur nec adderetur. Cuncti populi repleta erant horrea ex ubertate tritici et vini: cessaverant enim bella, pax bona terrae multiplicaverat, cunctam quoque plebem repleverat caritas cum reliquarum virtutum et bonorum morum consequentia, ut eos pastor bonus apostolicis docuerat monitis pariter et exemplis.

9—23 *Magnobodus c. 19*: Erat in pago Commonio rupes excelsa arborum diversarum genera multa habens, in quem lucum ex pagano adhuc ritu retenta consuetudine tanta stultorum hominum singulis annis turba conveniebat, ut diebus septem sollempnia ibi sacrilega exsolverent bacchando et choros gentiles ducendo, sed et frequenter post vina et epulas insurgentes in se multorum caede mutua sanguinem effundebant. Quod dolens Maurilius pontifex quadam die una cum fratribus suis ad eum locum perveniens tota nocte in oratione perdurat. Ad gallorum cantum tantus foetor de loco egressus est, ut vix tandem vir dei cum suis ibi inhabitare posset: quo videlicet signo eliminatae gentilis et daemoniacae spurcitiae palam omnibus dato et per hoc rusticanorum quoque turbis ad destructionem suae superstitionis animatis, luce prima sanctus praesul arbores incidi et igne cremari praecepit. Et aedificata ibidem ecclesia gloriosae Mariae matris domini, locus ipse abolito etiam vocabulo quod antea ex superstitionum observantia usurpaverat a naturali positione situs nomen accepit Castrum Petrae.

24 — *p. 97, l. 11 Magnobodus c. 20*: Cum evocatus fuisset beatus Maurilius ob fratrum visitationem Cenomanicam civitatem, revertente eo post negotium confectum in pace, ad Pontem Leugae iacebat puer, quem parentes eius obviam venienti sancto antistiti posuerant, qui omnem compagem membrorum obvolutus

sepulchrum. (115) Erat nempe puer ille tam gravi infirmitatis dolore constrictus, membrorum omnium contractis nervis quasi in circulum involutus, ita ut glomeris rotulam potius imitari cerneretur quam hominis formam. (116) Adveniente autem episcopo inter benedictionis flagitationem cuncti catervatim ad pedes eius ruentes, etiam congeminitis vocibus unanimes orabant, ut infirmi pueri pietatis studio misereretur. Nec enim sacerdos aliud facere potuit quam quod populus domino permittente coegit. (117) Prostravit se omnino statim sacerdos in oratione cum lacrimis nec antea semper Christum planctibus invocans ab oratione surrexit, donec distortis tibiis coepissent se singula pueri membra distendere ac pristinos in artibus repetissent reflexus. (118) Tum surgens ab oratione apprehensaque manu pueri, extemplo incolumem reddidit parentibus qui aliorum manibus ad se se deportatus fuerat aegrotus. Sicque beatus vir Maurilius iter quod coeperat explicabat.

(119) Cum autem ad portum Lidi fluminis pervenisset, nullam ibi navem repperit, sed omnes ex parte fluminis altera tenebantur nec etiam nauta parebat qui navigium adduxisset. Quod dum praestolaretur et nemo esset qui traduceret, repente se omnes carinae divina iussione semotae a litore ad obsequium praesulis in partem alteram deducuntur. (120) Vnde cum omnipotenti gratias retulissent, ingressi naves deo solo gubernatore ac remige absque humanorum nautarum adminiculo transierunt. Veruntamen nautis qui accurrerant, quasi si eorum labore transisset, naulum non expetitus uti fidelis debitor dari praecepit.

(121) Villam quandam Gerciacum nomine ad alimenta captivorum, viduarum atque pupillorum nec non subsidia clericorum ac pauperum profuturam vir beatus ex rebus ecclesiae comparaverat. (122) Quam dum quadam die ut ibidem quiddam operis ageret cum fratribus circuiret, repente cornu petens vitula instinctu daemonis acta cum ingenti mugitu ac torvis furibunda luminibus in eum rotatim cum magno impetu accurrebat, contra quam cum beatus episcopus signum crucis opponeret, mox diabolus de capite eius in specie corvi egrediens evolavit et subito ceu fumus evanuit. (123) Multi enim fidelium qui comitabantur oculis haec videre corporeis meruerunt. Bubula vero gregi suo statim mitior se ove inmiscuit et deinceps neminem laesit et nunquam aliquid mali pertulit.

(124) Quadam namque die dum per Meduanae fluvium navali subvectione in Li-

ita ut glomus involvi solet tenebatur astrictus. Ad beatum pontificem ululare miseri parentes pro filio infelici coeperunt, ut utriusque misereretur. Nec aliud sacerdos facere potuit non absque importunitatis violentia petitione plebis instante quam consueta clementia cogeat et domini suggerebat voluntas. Prosternit se in orationem diutius nec longa interfuit mora: illo orante coeperunt contracti membra paulatim extendi et venae suos agnoscere discursus. Apprehensa tandem a praesule eius manu protinus erigitur, laeti parentes cum filio incolumi reddito vadunt domum laudantes deum et gloriosi pontificis merita praedicantes.

13—20 *Magnobodus c. 21*: Cum ad Ledi fluvium pervenisset, nullam ibi paratam reperit navim, sed totae ulteriori ripae fluminis tenebantur. Nullum fuit intervallum, sine humano ductu omnes simul ad eum per transversum amnem diriguntur. Vir dei gratias egit deo, qui sibi per mirabilem rerum famulatum tam cito navalem praebuit evectonem. Sed et nautis qui post tempus advenerant et factum cernentes astabant stupefacti mercedem reddidit sui officii non laboris.

21—30 *Magnobodus c. 22*: Villam Gerciacum ipse sanctus data pecunia comparaverat in possessionem matris ecclesiae, ut alimenta praeberet captivis, viduis et pupillis simulque et clericis fratribus suis. Eam cum die quadam circumiret, ecce vitula amens obvius omnes furibunde cornu petens in eum cum mugitu torvo fremens rotatimque ruens veniebat. Extendit e contra dexteram suam interritus sanctus dei et diabolus de capite vitulae in specie corvi egressus velut nebula evanuit, multis eorum qui praesentes aderant oculis eum videntibus. Mox bucula mansuefacta tamquam ovis furore deposito relictis armenti consortium repetivit.

31 — p. 98, l. 10 *Magnobodus c. 23*: Quadam vice dum beatus Maurilius per fluvium Meduanae navali

geris alveum secure descenderet, Maurilius ieiunio fatigatus et oratione in navis puppe paululum obdormierat, cum subito humani generis insidiante inimico diabolo coeperunt gurgitis intumescere fluctus, ita ut cadentibus desuper limphis submergi navis autumaretur in undis. (125) Tum discipuli timore perterriti excitaverunt eum dicentes: Exurge quantotius et succurre, Maurili, in supremæ mortis naufragio constitutis. 5 Expergefactus autem illis clementius inquit: Quod mihi quaeritis vos, fratres, satisfacere poteratis. (126) Tum accepta quæ benedicti liquoris erat vasculum ampulla, mox ut oleum cum oratione et signo sanctæ crucis in gurgitem respersit, illa saeviens tempestatis procella temperatis flatibus æquatisque undarum molibus extemplo cesavit. Laeti ergo et incolumes ut aptaverant pervenerunt ad portum. 10

XXV (127) Adolescens quidam catecuminus de numero ecclesie sibi commissæ absente Maurilio tam vehementem febrem incurrerat, ut antequam sacri fontis baptismate regenerari potuisset, spiritum exhalaret. Nec mora parentes ipsius non sine immensis ac crebris suspiriis singultibusque atque lacrimis, dum locus funeri pararetur, eum ad ecclesiam detulerunt, cum subito beatus Maurilius adesse nuntiatur. (128) Qui com- 15 perto quod sine baptismatis remedio ultimo fungeretur offitio ingemuit. Tum sentiens per spiritum sibi adesse virtutem, egredi omnes cellulam in qua corpus iacebat sponte praecepit, ubi singularis cum puero remanens de more prostravit se in oratione cum gemitu et rigans lacrimis solum, vix tantum spatio unius horæ intergresso, vidit defunctum palpitante spiritu paulatim membris omnibus commoveri, quem statim ut de 20 oratione surrexit parentibus qui pro foribus astiterant vivum et incolumem reddidit ac sacro baptismate consecravit.

XXVI (129) Duos denique leprosos sub ipso tempore pervariis vulneribus obsessos atque foedatos, dum salutis remedium a beato pontifice postularent et ipse quod dominus eos salvare dignaretur humiliter responderet, ilico verbo tantum medicante sub 25 momento curavit.

XXVII (130) Quæ in sanctis suis dominus operatur sunt quidem ineffabilia, sed tamen incredibilia non sunt omnipotentis Christi miracula. De beato ergo Maurilio non solum generales et cotidianas quas per eum dominus operabatur virtutes sed vel speciales tantum et præcipuas scribere digne quis poterit? (131) Vnum sed tamen adhuc 30 mirabile miraculum quod nostris omnibus et multis iam aliis regionibus est notum qualiter per eum dominus fecerit adnectemus. Peregrinus quidam dum hiemali tem-

evectone cum ipso aquæ decursu descenderet, navicula coepit mergi fluctu intumescente, sanctum vero dei sacerdotem ex nocturnis fatigatum vigiliis sopor oppresserat. Accedentes socii suscitaverunt eum dicentes: Quid est quod agis? iam perimus. Ille clementer respondens ait eis: Vosmet ipsi hoc facere potueratis, fratres, et accepta ampulla ubi sanctus liquor erat, fudit in fluctus oleum cum oratione et mox unda cesavit sub momento tranquillitate reducta.

11—21 *Magnobodus c. 24*: Absente forte sancto Maurilio pontifice quadam die unus de numero famulorum ecclesie vehementem febrem incurrat. Defertur in ecclesie sacrarium, ubi suspiria et singultus mixtasque lacrimas super eum deducebant oculi sociorum. Iam quidem catechumenus erat. Subito dei voluntate adveniens beatus Maurilius in ipso iam iam futuri exitus articulo praecepit, ut egrederentur cuncti foras. Ipse singularis cum puero remansit, qui vix tandem supremo spiritu palpitabat. Vnius horæ spatium mortuus servus dei, ecce egreditur cum puero integræ sospitatis laetante munere repentino.

23—26 *Magnobodus c. 25*: Miseris foedatos vulneribus duos leprosos sanctus dei confessor Maurilius verbo tantummodo medicante curavit. Nam alimonie stipem poscentes pius pastor multo maiore quam peterent commiseratus clementia subito cutis reparato decore insperatae sanitati restauravit.

27 — p. 99, l. 15 *Magnobodus c. 27*: Quod factum est ad ecclesie dei aedificationem miraculum manifestatum est universo vicinarum terrarum spatio. Cum electus dei sanctus Maurilius hiemis tempore ad vicum Saponariam pro necessariis gregis sui iter illud suum incessabile faceret, ita mors subita contigerat, ut

pore paenitentis habitum gerens medicinam animae suae quaerendo vicos et urbes per plurimas circuiret, beatum Maurilium cuius iam bonitatis famam audierat, quatinus ab ipso verbum salutis audire potuisset, longius exul a patria cum aliis peregrinis iterator avidus expetebat. (132) Sed antequam ad ipsum pervenire potuisset, 5
repentina morte in via praeventus occubuit mortuus. Vbi cum peregrinorum aliqui multique ex vicinis etiam partibus ad plangendum peregrini obitum convenissent, accidit ut electus dei sacerdos, qui pro supplendis commissi sibi gregis necessitudinibus infatigabiliter laborare certabat, a vico Saponaria revertens ad iusti et sancti peregrini hominis cadaver iustus et sanctus ac pius pastor Maurilius advenisset. (133) Cui 10
cum debitum de more pro absolutione animae funeris officium exsolvisset et cum populis qui advenerant sermonem de religione conferret, mirum dictu! subito se palam omnibus defunctus vivens erexit et cum reliquis deo gratias referens, quod per beatum Maurilium dominus eum resuscitaverit, evidenter omnibus patefecit. (134) Tum quod verum esse constabat turbae clamabant non minorem Helisaeo Maurilium, qui 15
nostris temporibus mortuos suscitavit etiam post sepulchrum.

(135) Vt supra dictum est, etenim indicibilia Maurilii multa sunt opera nec re XXVIII
vera esse potest, ut quod in eo divina contulit virtus et operatus est spiritus sanctus sensus comprehendere possit humanus, sed tamen si ex operibus eius cotidianis in exemplum et usum nostrae conversationis ad profectum et imitationem ali-
quid scribere poterimus, quis audire non cupiat? Et quis silere audeat ore taciturno 20
quod de eo iam patefactum et notum omni est Europae et prope universo mundo? (136) Beatus igitur Maurilius cum ante episcopii dignitatem ex ipsa sua fere infantia in omnibus sanctis operibus se domino fideliter mancipaverit, ut breviter aliquid de eius cotidiana operatione narremus, ab exordio episcopatus sui usque ad terminum vitae, ut canonicam adimpleret sententiam quae praecipit: Sit tibi canonicae 25
suppellectilis vilis et artus panis et aqua brevis, tenuis scilicet victus et interdum vespertinus, semper victum pauperem et aquam brevem ac suppellectilem habuit vilem. (137) Sane cum sanctae quadragesimae dies advenirent, per omne tempus afflictionis erat ei ut dictum est aridus et vespertinus die tertia cibus aqua tepida et 30
modicum salis ac panis ordeaceus, quem tamen ipse excutiens molebat sibi que causa oboedientiae praeparabat. His vero pro summa mollicie summisque utebatur deliciis. (138) Pedem non proferebat isdem diebus in publicum cilicio semper interius tectus et cinere. Veruntamen non ideo macie corporis torpebat, non pallens in vultu appa-

ibi peregrinus quidam a longe exul repente interiisset et feretro compositus parato iam sepulchro condendus iaceret. Cum super eum pauperum turbae lacrimarum deducerent fletus, adest pontifex: nec aliud possumus quam quod divina virtus per servum suum mirabili complevit effectum. Prope enim defuncti corpus aliis maerentibus affuit misericors pastor, et dum astantes de re sepulchri loquerentur, sacerdos domini misericordia profundius tactus in orationem prosternitur et invocat diutius deum auctorem vitae. Cumque persisteret in perseverantia precis, cadaver de morte vivificatum surrexit ad instar videlicet virtutis Elisaei sancti prophetae de parvulo defuncto et misericorditer suscitato.

18—20 *Magnobodus c. 26*: Quod ad animae salutem et ad sanctae parsimoniae exemplum actum est, quis libenter non audiat?

24—28 *Magnobodus c. 28*: Ab episcopatus sui primordio usque in finem sanctus hic antistes suppellectilem vilem habuit et victum pauperem, ut per omnia canonicam adimpleret sententiam.

28 — p. 100, l. 1 *Magnobodus c. 26*: Cum sancti dies quadragesimae adveniebant, erat ei aridus cibus, panis hordeaceus quem ipse manu molebat, quia et hoc voluntas boni operis exigebat, addensque salem et aquam, hoc pro summis ducebat deliciis. Sed tamen non ideo macilento colore torpebat, non pallens erat vultu, sed semper, mirum dictu! robustus in attrito corpore ut rosa resplendebat in facie, ut quodam modo

rebat: robustus semper in corpore, facies eius ut rosa rubebat. Re vera quod dicturi sumus impossibile forsitan hominibus esse poterit, sed credentibus deo praestante satis possibilis esse possunt. (139) Iam etenim ad senilem beatus Maurilius pervenerat aetatem. Propterea non caput, non dentes, non visum, non stomachum, non caetera membra dolebat, non viscerum cruciabatur doloribus, non sicca humus iacentia super se ipsius membra confregerat, sed totus semper sanus corpore, mente etenim sanior, in utrisque semper robustior apparebat, cum solitudinem qua inter homines utebatur putaret esse delicias et inter cives constitutus solitudinem heremi aut monachorum aridam et angustiore vitam non desideraret. (140) In sanctis namque genibus suis et cubitis sedule pro plebibus sibi commissis flectendo eadem instar genuum camelorum quandam duriciem concrevisse et concalluisse visum est. Nam bonum quod Maurilius elegit arripuit, tenuit nec dimisit sed complevit. (141) Nihil enim erat illius severitate iocundius, nihil iocunditate severius, nihil risu tristius, nihil in illo tristitia suavius. Erat omnino sermone silens et silentio loquens nec citus nec tardus, idem illi habitus idemque semper incessus. Erat etiam neglecta illi mundities et inculta vestis, cultus tamen ipse sine cultu. (142) Talibus ergo cum ab ipsa pueritiae suae aetate virtutibus floreret semper et meritis et appropinquare cerneret sui transitus diem, ad comparationem patriarchae nostri Abrahae haud longius ab Andecava urbe ad septentrionalem eiusdem urbis partem duplicem sepulturae suae criptam qua defossus quiesceret aedificari praecepit. (143) Quod cum secundum ipsius desiderium perficeretur et votum, quadam die dominica, dum sanctae sollempnitatis officium de more complexset, modica pulsatus infirmitate convocavit omnem clerum sibi commissum commendans illis ultimam transitus sui diem dicens: Ego ingredior viam universae carnis, vos omnes admoneo: servate caritatem, custodite dilectionem, diligite castitatis pudicitiam, patientes estote ad omnes et mementote semper pretio sanguinis Christi vos omnes esse redemptos. (144) Interea etiam tantae convenerunt ex vicinis undique partibus visitationis studio populorum catervae quantum urbs Andecava recipere poterat aut recepit, maerentes et multum flentes, cur tanto viduarentur patrono. (145) Quos omnes patrum piissimus devotius in summae mortis articulo constitutus absolvens et benedictionibus corroborans, septima incommoditatis die ultimoque totius suae aetatis anno nonagesimo et episcopatus tricesimo pius pastor et doctor Maurilius

integritas animae appareret in vegeto corpore. Navigii ergo sui indefessus vela tendebat, pedem [non proferebat] his diebus in publicum. Cilicis carnem terebat assidue et tamen ut dictum est corpore alacri mens robustior erat in Christo.

1—11 *Magnobodus c. 28*: Quod impossibile forsitan homini videatur sed credentibus deo praestante possibile est. Iam nonagenariam pervenerat ad aetatem, ut non doleret stomachum, non viscerum cruciaretur iniuria, non sicca humus crebrius superiacentia sibi membra confregerat, sed sanus corpore, animo sanior, parsimoniam et solitudinem putabat esse delicias. Nam et in urbis frequentia vir prudentissimus inveniebat sibi eremum monachorum. Genua eius quadam duritie ad instar genuum camelorum flectendo ea pro populo suo per orandi frequentiam occalluisse perspectum est.

11—16 *Magnobodus l. l.*: Ceterum ille intus apud se quod elegit arripuit, tenuit, coepit, implevit. Sane in communi foris conversationis habitudine nihil illius severitate iocundius, nihil iocunditate severius, nihil risu tristius, nihil tristitia suavius. Cum continentiam indicaret, non redolebat ostentationem sermone silens et silentio loquens nec citus nec tardus incessus, idem semper habitus, neglecta mundities et inculta vestis, cultus ipse sine cultu.

17—19 *Magnobodus c. 29*: Iam beatus Maurilius senectute bona confectus et adesse sibi desideratum sui obitus sentiens diem aedificavit cryptam duplicem sepulturae suae ad exemplum patriarchae nostri sanctissimi Abrahae.

31 — p. 101, l. 2 *Magnobodus l. l.*: In secundo ergo ordine sacerdotii xl annis ecclesiam regens, in pontificalis autem apicis dignitate xxx annis praesidens cathedrae pius pastor animam qualem de lavacro sacri

3 etenim] enim P

14 idem] G, idemque P

qualem de sacri fontis baptismate sumpserat talem idus Septembris coram multis astantibus populis et psallentium choris omnipotenti domino animam reddidit.

(146) Dum autem sanctum eius corpusculum die altera portaretur ad tumulum, XXIX
gemi ex utero matris suae caeci ut sancti corpusculi loculum tangere potuerunt, lu-
men quod nunquam habuerant ad declaranda defuncti antistitis merita ilico recipere
meruerunt.

(147) Quidam etiam e civibus paralis distentus incommodo per triginta annos XXX
tenebatur in lectulo, qui cum psallentium chorum Maurilium deferentium audisset,
e lectulo statim exiliens quasi cervus nemine prohibente beati Maurilii pervenit ad
corpus, tactoque et osculato beati funeris feretro pristinam sanitatem fide plenus re-
cipere meruit extemplo. (148) In tanti igitur honoris gloria sepultus, quanti qualis-
que meriti apud dominum fuerit, dum cotidianis virtutibus et miraculis eius exornat
tumulum, dominus ostendit omnibus post sepulchrum, praestante domino nostro Iesu
Christo qui cum eo et spiritu sancto vivit et gloriatur deus per infinita saecula sae-
culorum. Amen.

PASSIO SANCTORVM MARTYRVM DIONISII, RVSTICI ET ELEVTHERII.

(1) Gloriosae martyrum passiones et pretiosa domino expectante certamina quam I
digna sint pro miraculorum dignitate conscribi, nequeunt tamen sine formidinis trepi-
datione complecti, quia cum magnarum rerum consideratur adsumptio, non inmerito
praesumpti operis retegitur magnitudo, eo quod tantum sermo tenuis explicare non
valet quantum de se dici veritas passionis inponit. (2) Tamen propositio tantae rei
arduum habere videatur initium, in hoc mens trepidatione fatigata respirat, quod
semper opificem suum magisterium divinae instructionis informat et inchoantes initium

baptismatis sumpserat idus Septembris Christo reddidit, laetantibus sanctis angelis et in gaudia superna suscipientibus eam.

3—6 *Magnobodus c. 30*: Cum igitur corpusculum sanctum deduceretur sepulturae suae tradendum, occurrentes ei duo gemini fratres, ambo oculorum luce orbat, pariter sunt illuminati et confestim sanctas exequias sine alieno ducatu cum laudibus prosecuti.

7—15 *Magnobodus c. 30*: Quidam quoque homo xxviii annis tenebatur in lectulo languore vehementi, qui ipsa hora funeris venerandi, mox ut voces psallentium audivit, totius immemor debilitatis exsiluit agilis ut cervus et usque ad feretrum ubi sanctus deferebatur perveniens antiquam mirabatur se subito recepisse sanitatem. Iam vero eo sepulto venerabilem quoque pausationis illius tumulum virtus divina magnis miraculorum insignibus clarificat, cum ibi quoque flant virtutes assiduae et tribuantur divinitus per merita sacri confessoris Christi et animarum et corporum sanitates multimodae, ut benedicatur cum gloria et laudibus nomen domini dei vivi per dominum nostrum Iesum Christum, cui est gloria cum eodem aeterno patre et spiritu sancto in omnia saecula saeculorum. Amen.

16 PASSIO — 17 ELEVTHERII] incipit prefatio sancti dionisii cum sociis suis P, prologus in passione sc̄i dionisii (VII ID. OCT. NTL. add. Q²) Q, inc̄p passio sc̄i ac beatissimi dionisii martyris cum sociis suis rustici et eleutherii et est sollempnitas ipsorum VII. ID OCTB. M, inc. pass. sc̄m mart. dionisii rustici et eleutherii N, prologum om. MN 18 gloriosae — certamina] om. Q 21 presumpto P retegitur] scripsi, regitur PQ tantum] om. Q 22 duci P¹

ingenii restauratione commendat. (3) Hac ergo consideratione audaciam nimiae temeritatis adsumens, quae longo temporis fuerant obumbrata silentio ipsius divinitatis auxilio suscepta sunt reseranda. Et ut habet testimonium veritatis plus fidelium sunt relatione comperta, quam probentur ad nos lectione transmissa. (4) Vnde non sine certa aestimatione conicitur, quod novitas adhuc credentium populorum gentilium crudelitate conterrita formidavit scribere, quod tamen gaudebat dei famulos meruisse, cum sine dubio iudicentur scripta quae fidelium sermo testatur impleta. (5) Credendum enim de his est et abstensa dubietatis nube totis viribus confitendum eos qui pro confessione domini ac dei nostri digni fuerunt subire martyrium etiam ampliora tolerare valuisse, quam videtur succedentibus aetatibus relatio per populos transmissa recolere. (6) Id ergo supplicatio communis obteneat, ut veniam consequatur devotus, si quid de virtutibus praetermisit ignarus. Nam etsi omnia non a se exsolvuntur, credere universitas mereatur, ut dei famulus iam maiora sentiat quam sermo passionis explanat. (7) Qualiter enim cultor domini locus eius gaudens patrocinium habere promeruit, si quoque modo aliorum sanctorum iunctum illi agnoverimus fuisse consortium — sic fidelium relatione didicimus —, ipsorum iuvamine martyrum quantum de se scire tribuunt explicemus.

II (8) Post domini nostri Iesu Christi salutiferam passionem, post resurrectionis unice singularisque mysterium, post ascensionem eius, qua manifestavit hominibus numquam se defuisse quo rediit, apostolorum praedicatione universis gentibus profutura successit. (9) Qui cum imminere suas cernerent passiones, quae domino Iesu Christo docente didicerant repleti spiritus sancti gratia docuerunt, adeo ut fide crescente non pauci mererentur fieri confessores, quos postmodum ecclesia catholica gaudet promeruisse martyres. (10) Hos ergo quorum virtutem persecutorum non praevaluit superare conflictus, quos ad auri similitudinem reddidit flammaram examinatio pretiosos ad suscipienda mandata domini idoneos apostolorum esse indicavit electio, quibus evangelica semina gentibus serenda committeret. Electisque viris dei dispositione et providentia, honori decreverunt episcopatum adiungere, quo facilius eorum praedicationibus adquisiti ad ministerium sacri proveherentur altaris. (11) Ex qua confessorum turba sanctum et venerandi meriti Saturninum primum se urbs Tolosana promeruisse gaudet episcopum, quem impietas peccantium populorum posterioribus tauri multis funium nexibus inligatum dedit capitulinis gradibus inlidendum, ubi sancti capitis soluta conpage cerebrum frequentis inlisionis dispersit iniuria, sed talem discesum meliore vehiculo ad dominum est secutus ascensus. Felix tanti meriti tantaeque virtutis persona, cui concessum est primum doctorem esse sic martyrem, qui

30—34 *Vita S. Saturnini c. 5* (*Ruinart, Acta mart. ed. Rat. p. 179*): Postrema enim parte funis illius quae ad posteriora tauri ipsius defluebat sancti viri pedes inligant actumque stimulis acrioribus taurum de superiori capitoli parte in plana praecipitant. Nec mora inter primos descensus ipsius gradus capite colliso cerebroque excusso et omni membrorum parte corpore lacerato, dignam deo animam Christus excepit, ut quam pro nomine suo fideliter dimicantem supplicis furor gentilis extorserat suis post victoriam laureis coronaret.

1 restatione? <i>P</i>	audaciam] a <i>add. P</i>	nimę <i>P</i> ¹	2 longo <i>vel</i> longę <i>P</i> ¹ , longi <i>P</i> ²
5 conicitur <i>P</i>	6 formidabit <i>P</i>	famulus <i>P</i>	13 famulis <i>P</i>
17 explicemus] explicit prefatio. incipit passio sancti dionisii cum sociis suis rustici et eleutherii vii. idus octob; <i>add. P</i> , expl. prologus. incipit passio sancti dionisii m̄. <i>add. Q</i>	19 quam <i>P</i>	24 hoc <i>P</i> ¹ <i>M</i>	28 honorę <i>P</i> ² , honor* (honori <i>M</i> ²) decreuerunt episcopatus <i>M</i> ¹
<i>M</i> ¹	25 quod <i>P</i>	27 dispositionis prouidentia <i>M</i>	30 ueneranda <i>M</i> ¹
32 inlidendum <i>P</i> ¹	33 iniuria* <i>M</i>	34 ad] <i>eras. M</i>	35 personę (et <i>superscr.</i>) uirtutis (uir <i>in litura scr.</i>) <i>M</i>
	cui] <i>in mg. add. M</i>	sic] <i>M</i> , sancti <i>P</i>	qui quod] <i>M</i> , quicquid <i>P</i>

quod docuit verbis evidentibus implevit exemplis. (12) Simili etiam gratia beatissimus Paulus antistitis atque confessor Narbonensem provinciam salutari adquisivit eloquio, quem talis labor domesticus et tribulationis exercuit, ut eum verum domini esse famulum adprobaret. (13) Sed gratias tibi, domine Iesu, qui infestantis inimici tela
 5 probationem fidelium tuorum permisisti esse non vulnera et talem tuis praestas pro labore mercedem, ut nullum tuorum fuisse gaudeat hostis inbellem. (14) Dum ergo ad peculiaris patroni gesta suscepti officii tendat obsequium, non ex atse quae de servo dei sunt conperta prosequimur, sed inmemores sui nos non fuisse sufficiat: in talibus enim causis maius convenit fideles credere quam possit relatio humana mon-
 10 strare.

(15) Sanctus igitur Dionisius, qui tradente beato Clemente Petri apostoli succes- III
 sore verbi divini semina gentibus parturienda susceperat, quo amplius gentilitatis fer- vere cognovit errorem, illic intrepidus et calore fidei flammatus accessit ac Parisius domino ducente pervenit non veritus incredulae gentis expetere feritatem, quia virtu-
 15 tem suam praeteritarum poenarum recordatio roborabat et qui meruerat esse confessor non cunctatus est trucibus populis accedere praedicator. (16) Tunc memorata civitas et conventu Germanorum et nobilitate pollebat, quia esset salubris aere, iocunda flu- mine, fecunda terris, arboribus nemorosa et venetis uberrima, constipata populis, re- ferta commerciis, ipsumque insulae potius quam urbis spatium quod habitatione cir-
 20 cumfusa fluminis unda praestabat crescentibus consistentium catervis reddebatur exi- guum et iocunditatis sollicitatione in unum plebs acta commigrans pene territorium suum intra murorum conclusione contraxerat. (17) Hunc ergo locum dei famulus ele- git expetendum, atque cum primum fide armatus et constantia confessionis accedit intrepidus, ecclesiam illic quae nec dum et locis erat et populis illis notam construxit
 25 ac officia servientium clericorum ex more constituit probatasque personas honore se- cundi ordinis ampliavit. (18) Cinctus ergo fide et iam constructione basilicae roboratus deum gentibus non desinebat insinuare quem noverat eiusque omnibus et iudi- cium et misericordiam anteponens paulatim sotiabat deo quem diabulo subtrahebat. (19) Tantas etiam per illum dominus dignabatur exercere virtutes, ut rebellium corda
 30 gentilium non minus miraculis quam praedicationibus obteneret, miroque modo inermi viro non valebat plebs armata resistere, subdebat se certatim Germaniae cervicositas et iugum Christi suave inponi sibi acta cordis conpunctione posebat. (20) Ab ipsis quoque destruebantur idola quorum sumptu fuerant et studio fabricata et invento sa- luti portu idolorum gaudebant perire naufragia. Lugebat portio victa diaboli, cum
 35 de ea vietrix ecclesiae legio triumphabat. (21) Tunc hostis antiquus videns sibi perire quod domino constabat assidua populorum conversione proficere, totam artificii sui machinam ad inpugnanda quae fuerant constructa convertit et suae partis auctores deorum suorum flentes exitium ad impietatem subito persecutionis armavit, ut eos qui unum et verum deum colendum insinuaverant et timendum expendere diversi-
 40 tate supplicii maturarent, ne superesse possit qui valeret acquirere quod periebat.

1 simili* M 2 salutari adquisiuit eloquio] (per *superscr.*) salutare atq: sluit M 3 talis] P, ita M dī M² esse] *om.* P 5 promisisti P prestes P 6 uisse M¹, uicisse M²
 7 tendit M non ex atse] *scripsi*, non ex asse *Luchi*, sed atsem vel adsem iam a. 455 (cf. *Computum Carthag.*) *scripserunt*, non errat si P, nec errata* sed M 8 efficiat M² 9 reuelatio M 12 sus- cepera*t, ras. n M 13 illuc M² 14 gentes M 15 meruit P 16 populi P¹ 18 me- morosa M¹ uineis M 19 ipsamque M¹ insulam M² habitationis M 20 prestatuit P reddebantur? P 21 penetrare torium suum M 22 conclusione] PM construxerat P 23 accessisset M 24 dum et] PM, in his *superscr.* M² populus P¹ 26 cunctis M¹ 28 dñi M¹ quos M 30 mi(raculis in marg.) M obtinere*t M 31 germine P¹ 33 distrue- batur P 36 conficere P artificiae M¹ 38 de*orum M 40 periebat] quod *add.* P

(22) Persecutionis ergo publicata sententia, impiorum gaudens turba progreditur et contra dominicum populum pugnatura conspirat non cunctati adpetere gladio quos dominus suos monstraverat esse signaculo. (23) Itaque cum occiduum orbis partem pro christianorum inquisitione percurreret, sanctum Dionisium contra incredulos demicantem Parisius reppererunt, quocum Rusticum et Eleutherium archidiaconem persecutionis furor invenit. Hii sancti viri a beati Dionisii nunquam sustinuerunt abesse praesentia, quos in unum interrogatio percussoris invenit, sed repperire non potuit quem a societate martyrii separaret. (24) Interrogati unum et verum in trinitate deum confitentur, terrore subacti multisque adflicti iniuriis vel suppliciis macerati christianos se esse testantur visoque percipientis ictu domini ac dei nostri se famulos magna confessionis voce pronuntiant. (25) In hac ergo fidei pertinacia permanentes, reddentes terrae corpora, beatas caelo animas intulerunt, tali ad dominum meruerunt professione migrare, ut amputatis capitibus adhuc putabatur lingua palpitans domino confiteri: beata nimium et domino nostro grata societas, inter quos nec primus alter potuit esse nec tertius, sed trinitatem confitentes non potuerunt non venerabilem locum trino decorare martyrio. (26) Metuentes igitur percussores, ne conversi populi fidelissima probataque devotio sanctorum corpora profutura sibi ad patrocinium tumularet, elegunt tetris Sequanae profundisque gurgitibus martyrum corpora perdenda committere, quae inposita navibus ad provisum iubentur gurgitem destinari. (27) Tunc matrona quaedam Catulla nomine, quae licet paganorum implicata teneretur errore, conversionem tamen se desiderare [mente monstrabat et opere], facere aliquid cogitans domino placitura, usa subtilitate consilii ad convivium venire postolat percussores, et dum copiam oblatae humanitatis extendit, a memoria eorum quae susceperant agenda discussit ac fidelibus suis secreta ordinatione committit, ut subtracta furto corpora diligens elaboraret occultare provisio. (28) Qui dominae ordinatione conperta festinanter quod eis praeceptum fuerat exsecuntur furtumque laudabile in sexto ab urbe memorato lapide, id est in aratam quam seminibus praeparaverant industria colentis abscondunt. (29) Facta ut moris est satione nec suum seges negavit obsequium, quae tale fecundata pinguidine, sic in ea beneficium se ubertatis effudit, ut centuplicatos fructus et cultor adquiret et patria mereretur salutem. Qua pubescente totis latuit quod erat Parisiorum populis profuturum. (30) Antedicta tamen materfamilias horum non inmemor secretorum, cum primum persecutionis vidit tepuisse fervorem, locum sanctorum martyrum ossa servantem qua oportuit sollicitudine requisivit atque inventum eminentis mausolei constructione signavit. (31) Vnde postmodum christiani basilicam super martyrum corpora magno sumptu cultuque eximio construxerunt, ubi cotidie operante domino nostro Iesu Christo merita eorum virtutum probantur monstrare frequentiam et experiuntur infirmi, quantum dei famulos conveniat honorari, ubi recipit caecitas visum,

1 persecutiones *M* sentia *M*¹ 2 dominicum populum] dominū* *M* 3 suo* *P*¹, suos
*M*¹ occidu's turbis *M* 4 inquisitionem *P* 5 reppererent *M*² cum quo *M* 6 beato?
P 7 quem] *P*², qua *P*¹, quos *M* 8 in] *om.* *P* dñm *M* 9 terrore* sibi (in *superscr.*)
iuncto *M* 12 ad dominum] *M*, domino *P* migrari *P* 13 ut] quem *P* putabantur *P*
14 dō *** (*ras. gra*) nro gra(*ta superscr.*) *M* 15 non] *eras. M* non] tam in *litura M*² 17 de-
uotione *M*² tumularent *M*² tetres *P* 20 catulla nomine] *P, om. M* 21 mente monstra-
bat et opere] *add. Luchi, om. PM* placiturū *M* 22 copiam] *M, pie P* 23 humanitates *M*¹
25 prouiso dominę qui *P* ordinationi *M* 26 laudabilis? *P*¹ memorato] *om. M* lapide]
P, miliario M 27 arata *M* praeparauerat *M* 28 ratione *M*¹ suam *P* 29 uber-
tatis] *M*², ubertas *PM*¹ centuplicatus *M* et] *om. M* ad adquireret *P* 30 totis] *scripsi,*
totius *PM*¹, toties *M*² 31 matr** familias *M* 32 uidit tepuisse feruorem] *M, tempus (exactum*
*add. P*²) se seruorum (se seruorum *exp. P*²) *P* 33 manusole; *M*¹ 35 sumptu] *M, desuper P*
36 nostro] *om. M* frequentia *M*

debilitas gressum et obstrictae aurium ianuae recipere merentur auditum. (32) Sed nec illud silendum est, quod immundi spiritus infestatione vexati, dum ad memoratum locum examinandi virtute divina loquuntur, sanctorum ipsorum coguntur imperio quo quisque sit martyrum positus loco adsignatis nominibus indicare. (33) De quorum passione dominus gaudere nos voluit, qui centissimum esse fructum martyrum re-promisit, cui est honor et gloria, virtus et potestas, imperium et fortitudo in saecula saeculorum. Amen.

SYMBOLVM ATHANASIANVM.

(1) Quicumque vult esse salvus, ante omnia opus est, ut teneat catholicam fidem,
 10 (2) quam nisi quis integram inviolatamque servaverit, absque dubio in aeternum peribit. (3) Fides autem catholica haec est, ut unum deum in trinitate et trinitatem in unitate veneremur (4) neque confundentes personas neque substantiam separantes. (5) Alia est enim persona patris, alia persona filii, alia persona spiritus sancti, (6) sed patris et filii et spiritus sancti una est divinitas, aequalis gloria, coaeterna maiestas.
 15 (7) Qualis pater talis filius, talis et spiritus sanctus. (8) Increatus pater, increatus filius, increatus spiritus sanctus. (9) Inmensus pater, inmensus filius, inmensus spiritus sanctus. (10) Aeternus pater, aeternus filius, aeternus spiritus sanctus (11) et tamen non tres aeterni, sed unus aeternus, (12) sicut non tres increati nec tres inmensi, sed unus inmensus et unus increatus. (13) Similiter omnipotens pater, omni-
 20 potens filius, omnipotens spiritus sanctus (14) et non tres omnipotentes, sed unus omnipotens. (15) Ita deus pater, deus filius, deus spiritus sanctus (16) et tamen non tres dii, sed unus deus. (17) Ita dominus pater, dominus filius, dominus spiritus sanctus (18) et tamen non tres domini, sed unus dominus, (19) quia sicut singillatim unamquamque personam et deum et dominum confiteri christiana veritate compellimur,
 25 ita tres deos aut dominos dicere catholica religione prohibemur. (20) Pater a nullo est factus nec creatus nec genitus. (21) Filius a patre solo est non factus nec creatus sed genitus. (22) Spiritus sanctus a patre et filio non factus nec creatus nec genitus sed procedens, patri et filio coaeternus est. (23) Unus ergo pater non tres patres, unus filius non tres filii, unus spiritus sanctus non tres spiritus sancti (24) et in hac trinitate
 30 nihil prius aut posterius, nihil maius aut minus, sed totae tres personae coaeternae sibi sunt et coaequales, (25) ita ut per omnia, sicut iam supra dictum est, et trinitas in unitate et unitas in trinitate veneranda sit. (26) Qui vult ergo salvus esse, ita de trinitate sentiat. (27) Sed necessarium est ad aeternam salutem, ut incarnationem quoque domini nostri Iesu Christi fideliter credat. (28) Est ergo fides recta, ut credamus et confiteamur, quia dominus noster Iesus Christus dei filius et deus pariter
 35 et homo est. (29) Deus est ex substantia patris ante saecula genitus et homo est ex

5 Matth. 13, 8.

1 obstruete *M* sed nec illud] et non *Q* 3 loquuntur] *P¹N*, ducuntur *P²*, loquendi *M*
 quo quo (quod qui *M²*) scit *M*, quo usque sit *N*, sit *om. Q* 4 hominibus *P²*, manibus *Q* 6 cuius
M¹ 7 amen] explicit passio sanctorum martyrum dionisii rustici et eleutherii *add. P*, explicit *add. M*
 10 ininviolatamque *A* 13 sed — 14 et spiritus sancti] *suppl. A²* 18 tam** *A¹* 28 pr*-
 cedens *A¹* 36 ante saecula genitus et] *in mg. suppl. A³*

VENANTIUS FORTVNATVS.

14

substantia matris in saeculo natus, (30) perfectus deus, perfectus homo ex anima rationabili et humana carne subsistens, (31) aequalis patri secundum divinitatem, minor patre secundum humanitatem, (32) qui licet deus sit et homo, non duo tamen sed unus est Christus, (33) unus autem non conversione divinitatis in carne, sed adsumptione humanitatis in deo, (34) unus omnino non confusione substantiae, sed unitate personae. (35) Nam sicut anima rationabilis et caro unus est homo, ita deus et homo unus est Christus. (36) Qui passus est pro salute nostra, descendit ad inferos, surrexit a mortuis, (37) ascendit ad caelos, sedit ad dexteram patris inde venturus iudicare vivos ac mortuos. (38) Ad cuius adventum omnes homines resurgere habent in corporibus suis et redditori sunt de factis propriis rationem (39) et qui bona egerunt ibunt in vitam aeternam, qui mala in ignem aeternum. (40) Haec est fides catholica, quam nisi quisque fideliter firmiterque crediderit, salvus esse non poterit.

EXPOSITIO FIDEI CATHOLICAE FORTVNATI.

(1) QVICVMQVE VULT ESSE SALVVS, ANTE OMNIA OPVS EST, VT TENEAT CATHOLICAM FIDEM, QVAM NISI QVISQVE INTEGRAM INVIOLATAMQVE SERVAVERIT, ABSQVE DVBIO IN AETERNVM PERIBIT. Primo ergo omnium fides necessaria est, sicut apostolica docet auctoritas dicens: *Sine fide impossibile est placere deo.* Constat enim neminem ad veram pervenire posse beatitudinem nisi deo placeat et deo neminem placere posse nisi per fidem. (2) FIDES namque est bonorum omnium fundamentum, fides humanae salutis initium. Sine hac nemo ad filiorum dei potest consortium pervenire, quia sine ipsa nec in hoc saeculo quisquam iustificationis consequitur gratiam nec in futuro vitam possidebit aeternam. Et si quis hic non ambulaverit per fidem, non perveniet ad speciem beatam domini Iesu Christi. (3) CATHOLICA universalis dicitur, id est recta quam universa ecclesia tenere debet. Ecclesia quippe congregatio dicitur christianorum sive conventus populorum. Non enim sicut conventicula haereticorum in aliquibus regionum partibus coartatur, sed per totum terrarum orbem dilatata diffunditur. (4) VT VNVM DEVM IN TRINITATE ET TRINITATEM IN VNITATE VENEREMVR et credamus et colamus et confiteamur trinitatem in personis, unitatem in substantia. (5) Hanc quoque trinitatem personarum atque unitatem naturae propheta Esaias revelatam sibi non tacuit, cum se dicit Seraphim vidisse clamantia: *Sanctus, sanctus, sanctus, dominus deus Sabaoth.* Vbi prorsus in eo quod dicitur tertio *sanctus* personarum trinitatem, in eo vero quod semel dicitur *dominus deus Sabaoth* divinae naturae cognoscimus unita-

17 Ebr. 11, 6. 30 Is. 6, 3.

4 conversatione A¹ 5 humanitatis A¹ 7 inferos] tertia die desiderantur 9 resurgere habent in corporibus suis et] om. Mur., sed exstant in codice A 12 poterit] in eadem scripturae linea haec sequuntur: lacta mater eum qui fecit te, quia talem fecit te, ut ipse fleret in te. lacta eum qui fructum foecunditatis tibi dedit conceptus et decus uirginitatis non abstulit natus A

13 ITEM EXPOSITIO — FORTVNATI A, EXPOSITIO SVPER FIDES CATHOLICA M, neque F Fortunatum auctorem laudavit 15 quam — 23 christi] fides dicitur credulitas siue credencia catholica M F 23 beatae A 24 ecclesia dicitur congregatio M 25 non — 26 diffunditur] om. M F 28 trinitatem — 32 unitatem] om. M

tem. (6) NEQVE CONFVNDENTES PERSONAS, ut Sabellius errat, qui ipsum dicit esse patrem in persona quem et filium, ipsum et spiritum sanctum, non ergo confundentes personas, quia tres personae omnino sunt. Est enim gignens, genitus et procedens. Gignens est pater qui genuit filium, filius est genitus quem genuit pater, spiritus
 5 sanctus est procedens, quia patre et filio procedit. (7) Pater et filius coaeterni sibi sunt et coaequales et cooperatores, sicut scriptum est: *Verbo domini caeli firmati sunt*, id est a filio dei creati, *spiritu oris eius omnis virtus eorum*. Vbi sub singulari numero *spiritus eius* dicitur, unitatem substantiae deitatis ostendit, ubi sub plurali numero *omnis virtus eorum* dicitur, trinitatem personarum aperte demonstrat, quia tres
 10 unum sunt et unum tres. (8) NEQVE SVBSTANTIAM SEPARANTES, ut Arrius garrit, qui tres personas esse dicit, sic et tres substantias esse mentitur. Filium dicit minorem quam patrem et creaturam esse, spiritum sanctum adhuc minorem quam filium et patris et filii eum administratorem esse adserit. Non ergo substantiam separantes, quia totae tres personae in substantia deitatis unum sunt. (9) ALIA EST ENIM PER-
 15 SONA PATRIS, quia pater ingenitus est, eo quod a nullo est genitus, ALIA PERSONA FILII, quia filius a patre solo genitus est, ALIA SPIRITVS SANCTI, quia patre et filio procedens est. (10) SED PATRIS ET FILII ET SPIRITVS SANCTI VNA EST DIVINITAS, id est deitas, AEQUALIS GLORIA, id est claritas, COAETERNA MAGESTAS. Magestas gloria est, claritas sive potestas. (11) QVALIS PATER, TALIS FILIVS, TALIS ET SPIRITVS
 20 SANCTVS, id est in deitate et omnipotentia. INCREATVS PATER, INCREATVS FILIVS, INCREATVS ET SPIRITVS SANCTVS, id est a nullo creatus. INMENSVS PATER, INMENSVS FILIVS, INMENSVS ET SPIRITVS SANCTVS. Non est mensurabilis in sua natura, quia inlocalis est et incircumscribitus, ubique totus, ubique praesens, ubique potens. (12) AETERNVS PATER, AETERNVS FILIVS, AETERNVS ET SPIRITVS SANCTVS, id est NON TRES
 25 AETERNI, sed in tribus personis VNVS DEVS AETERNVS, qui sine initio et sine fine aeternus permanet. (13) SIMILITER OMNIPOTENS PATER, OMNIPOTENS FILIVS, OMNIPOTENS ET SPIRITVS SANCTVS. Omnipotens dicitur, eo quod omnia potest et omnium obtinet potestatem. Ergo si omnia potest, quid est quod non potest? Hoc non potest, quod omnipotenti non competit posse. Falli non potest, quia sanitas est, mori non potest,
 30 quia immortalis vita est, finiri non potest, quia infinitus et perhennis est. (14) Ita DEVS PATER, DEVS FILIVS, DEVS ET SPIRITVS SANCTVS. DEVS nomen est potestate non proprietate, proprium nomen est patris PATER et proprium nomen est filii FILIVS et proprium nomen est spiritus sancti SPIRITVS SANCTVS. (15) Ita DOMINVS PATER, DOMINVS FILIVS, DOMINVS ET SPIRITVS SANCTVS. Dominus dicitur, eo quod dominat et
 35 omnium est dominus dominator. (16) QVIA SICVT SINGILLATIM, id est sicut distincte, VNAMQVAMQVE PERSONAM DEVM ET DOMINVM CONFITERI CHRISTIANA VERITATE COMPEL-

6 Ps. 32, 6.

1 Leonis I. Sermo 24 (ed. Ball. I, p. 81): Sabellius inexplicabili errore confusus, unitatem substantiae in patre et filio et spiritu sancto inseparabilem sentiens, quod aequalitati tribuere debuit singularitati dedit. Et cum veram trinitatem intelligere non valeret, unam eandemque credidit sub triplici appellatione personam.

1 confundentes M 2 persona*, ras. m M 3 personae] personaⁿs M omni non M¹
 et] om. M 4 unigenitus M 10 separentes M, ut infra garrit M quia A, qui ut F
 14 tota M 16 sancti quia] a add. (A) 19 pater filius talis M 20 sanctus] sps M¹ omni*-
 potentia, ras. a M 22 creatura M¹ 25 intio A 30 inmortalis M¹ 31 deus nomen —
 32 proprietate] om. A, deus est potestatem non proprietatem F est patris] patris M 33 pater** do-
 minus, ras. et M 34 dominat (dominatur F) — 35 dominus dominator] MF, dominatur creaturae cunctae
 uel quod creatura omnis dominatui eius deseruiat A

